


L 6 cl. 88.
4



DISSSERTATIONEM PHILOGICAM

Q V A

V A R I A E

D E

V R I M E T T H V M M I M

P O N D E R A N T V R S E N T E N T I A E

V E R A Q V E A D D V C T V M

E X O D I X X V I I I , 30.

S I S T I T V R

C O N S E N T I E N T E

A M P L I S S I M O P H I L O S O P H O R V M O R D I N E

P R A E S I D E

V I R O E X C E L L E N T I S S I M O A M P L I S S I M O D O C T I S S I M O Q V E

D O M I N O

I O A N N E F R I D E R I C O S T I E B R I T Z I O

P H I L O S O P H I A E , O E C O N O M I A E , P O L I T I C A E E T C A M E R A L I V M

P R O F E S S O R E P U B L I C O O R D I N A R I O

P R A E C E P T O R E P A T R O N O F I I A L I P I E T A T I S

G V L T V S E M P E R P R O S E Q V E N D O

D . X I . I A N V A R . M D C G L I I I .

P L A C I D A E E R V D I T O R V M D I S Q V I S I T O N I S U B M I T T E T

A V C T O R D E F E N S V R V S

I O A N N E S F R I D E R I C V S T E M M E

A S C A N I A - H A L B E R S T A D I E N S I S

D I V . L I T T E R . C V L T O R .

H A L A E M A G D E B U R G I C A E
T Y P I S I O A N N I S F R I D E R I C I G R V N E R T I .

(6)

PHILOSOPHIAE ET METAPHYSICAE

V A R I A T I O N E

M I M M U H T T E M I Y U
L O N D E R A N T A R S E N T E N T I A E

U N T E R G U E A D D A C T A M

Y O U N G I X X M V

S I S T I T A R

C O N S U N T I T U T I A

A M P L I S M O E P H E S O C T O B R U M O R I N E

T R A S C R I P T I O N E

A R D O E C C E P T I T U S M I M M U H T T E M I Y U

D O M I O

I O A N N E S H R I D D R I C A S T H M M E

M I M M U H T T E M I Y U

T R A B C R I T O R E P A T R I O N O M H A M I P R I T T A S

G A L T A S T M M E R T R O S T D A R K O

M I M M U H T T E M I Y U

E P A C I D A E S R U O T O R U M S H E N T I O N I S A M I T T A T

A R D O E C C E P T I T U S M I M M U H T T E M I Y U

I O A N N E S H R I D D R I C A S T H M M E

M I M M U H T T E M I Y U

A R D O E C C E P T I T U S M I M M U H T T E M I Y U

A R D O E C C E P T I T U S M I M M U H T T E M I Y U

—
I O A N N E S H R I D D R I C A S T H M M E
M I M M U H T T E M I Y U

(8)

IN GRATIA PRAESES
V I R O
SVMM E VENERABILI AMPLISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO
IOANNI CHRISTIANO
MICHAELIS
POTENTISS. BORVSSIAE REGI
A CONSILIIS ECCLESIASTICIS PER
PRINCIPATVM HALBERSTADIENSEM
SVPERINTENDENTI GENERALI
SPECTATISSIMO ET AD AEDEM
S. MARTINI PASTORI
PRIMARIO
THEOLOGO DE CHRISTI ECCLESIA
LONGE MERITISSIMO
ORBIS ERVDITI ORNAMENTO
PRAESTANTISSIMO
LITTERATORVM FAVTORI AC PROMOTORI
ACERRIMO
EVERGETAE SVO
OMNI OBSERVANTIAE ATQVE HONORIS
CVLTV AETERNVUM PROSEQVENDO
HANC DISSERTATIONEM ACADEMICAM
STUDIORVM AC DILIGENTIAE PRIMITIAS

IN GRATISSIMAE OBSTRICTISSIMAEQUE
MENTIS TESSERAM
PRO TOT TANTISQUE COLLATIS BENIGNE
BENEFICIIS SACRAM ESSE VVLT
SEQVE TANTI VIRI PATROCINIO ATQVE
FAVORI PRECIBVS SIMVL PRO ILLIVS
INCOLVMITATE AD NUMEN
SVPREMVM EFFVYSIS
VT
INEVNTE HOCCE NOVO ANNO GRATIA SVA
ADSLT ILLVM IN TOTIVS ECCLESIAE
SALVTEM
AC
DEPRESSORVM SOLATIVM CONSERVET
DENVO ETIAM ATQVE ETIAM
COMMENDAT
ACERRIMO
PRAESTANTISSIMO
ORBI FRVBDITI ORNAMENTO
LITERATORVM FAVTORI AC PROMOTORI
EVAEGFATE SAO
OMNI OBSERVANTIAE ATQVE HONORIS
CATIA AETERNA PROFUNDENDO
ACADEMICVM
AVCTOR
IOANNES FRIDERICVS TEMME.



DISSERTATIONIS
DE
VRIM ET THVMMIM
SECTIO PRIOR
VARIAS SENTENTIAS PONDERANS.



§. I.

ulcissima perfusi lætitia, merito admiramur
Pontificis omnia vestigia, in sacris litteris occurrentia, Maximi ve-
quæ nobis numen supremum solatio plenis stium usus.
depingunt perfectionibus; præprimis sapi-
entia, amore, ac bonitate, ornatum. Pon-
tificem maximum, redemptoris nostri typum splendidißimum
si consideramus, vestibus sacerdotalibus indutum; splendo-
re suo perstringit oculos nostros, ac ad fontem amore indu-
ctum, sapientia omnia ordinantem, nos dicit, vt animo
erecti fiduciam spe plenam conciperemus. Campus hic seſe
aperiret hasce dictas Dei perfectiones, in vestitu ipso P. M.
detergas, admirandi, laudibusque euehendi, si nos amplius
diffundere, omniaque mysteria hic latentia proprius contem-
plari vellemus; scientes tamen, limites hic nobis præscriptos,
A quos

quos transgredi nefas putamus, lectoris benevoli propriæ meditationi hæc relinquimus. Paucis interim considerabimus P. M. vestes, vsum illarum scrutaturi, vt lux quedam affundatur argumento, infra maiori industria excutiendo. Inseruerunt autem 1) necessitatibus ac commoditatibus, vt, corpore aduersus iniurias aëris et tempestatis munito, sanitati atque incomitati suæ consuleret. Cum enim merus ex hominibus homo esset, humanis casibus obnoxius; opus utique habebat vestimentis, nuditatem obuelaturis, animique ab imagine diuina, per lapsum amissi, vacuitatem, in mentem ipsi reuocaturis. Vocamus huc tunicam adstrictiorem, et mitram, quibus induitus erat. Inseruerunt 2) commoditatibus, vt tum corpus rite mouere, in proprias viuilitates et usus, posset, tum functionibus sacerdotalibus felicius et expeditius administrandis vacare valeret. Referimus huc cingulum, quo vestem ad talos promissam restringet.

3) pudoris testandi

3) pudori attestando inseruerunt, ne forte, ipso sacris ministeriis, in primis in loco editione, ad altare, fungente, adstantium oculis, quæ natura tegi iubet, offerentur: iussus eum in finem erat, femoralia lumbis circumposita habere. Et hæc quidem vestimenta P. M. cum reliquis sacerdotiorum subeuntibus erant communia. conf. Exod. XXVIII. v. 2. sq. Splendebat tamen aliis adhuc vestibus, ipsi soli concessis, quæ faciebant 4) ad officium præstandum illiusque antitypum representandum. Non vero heic loquimur de functionibus, quas cum gregariis sacerdotibus communes habebat, sed de iis, quibus solus operam dabant. Referimus huc tum functionem annuerfariam, in die expiationis, quo albis vestibus ornatus prodibat; tum vero illas functiones, quas quotidie extra sanctissimum obire poterat. Pertinet huc, quod populum Iudaicum Deo quasi in memoriam reuocare, et de meliori commendare debuerit; nec non quod ipse nomina tribuum huius populi gestare, sibiique caræ cordiue habere; et denique quod pro ipsis in causis arduis Deum consulere obligatus fuerit. Huius rei gratia lamina, cui *kodesch lagonai* inscriptum legebatur; tintinnabulis, aduentum eius quasi indicantibus; nec non vestibus, quæ nomina

4) officii significandi.

nomina XII. tribuum complectebantur, amictus erat. 5) Conferabant aliquid ad auctoritatem, et maiestatem conciliandam. Munus enim omnium præstantissimum ac grauissimum subibat: Populus nimis Iudaicus illius humeris quasi erat impositus; rebus in sacris ab ore illius, Deum consulente ac manda-^{5) maiestatis conciliandæ.}ta percepta iterum edente, pendebat; peccata totius populi a P. M. erant expianda, Deusque iratus, per ipsum reconciliandus. Fiducia proinde, ac honor acquirendus; præstantia muneris ipsius ipsis etiam vestibus indicanda, et reuerentia accendenda erat. Idque eo magis, ut antitypum summis perfectionibus, quasi veste, indutum, homines vere olim expiatum, Deo amicos redditurum, pro illis efficacissime intercessurum, et sufficientissima oracula promulgaturum, eo melius sisteret. Fulgentem hanc ob causam P. M. videmus, tunica superiori, humerali, mitra coronæ instar consecrata, ac pectorali vestitum, atque vbiuis auro, argento, gemmis, malagonatis, byslo corrugantem. *Alexandro*, Deo iubente, fides si *Iosephi* narrationi habenda, P. M. obuiam se dat, radios fulgentes ex se spargens, heroemque adspectu in tremorem coniiciens. Quis dubitaret, eundem effectum in plebe, causas rerum non adeo sollicite scrutante, inque externis, quæ oculos præstringunt, hærente, se exseruisse, qualem in to-tius orbis viatore perspicimus? Quamvis vero hæc omnia meditatione digna, suadunditateque mentem imbuentia sint: non tamen accuratori eorum considerationi vacabimus. Qui sitim ardenter extinguere cupit, eruditissimorum virorum hac de re scripta euoluat, quæ abunde satisfacent. Nominamus e multis *Braunum*, qui opus excellens compositus de *vestitu sacerd. Ebr.* secunda vice *Amstelodami* 1698. editum. *Lundium in Lüdischen Heiligbüchern* edit. *Wolff* lib. 3. c. 4. Remittimus etiam ad eos, qui coniunctim editi sunt in *Thesauro Antiq. Ebr.* *Vgolini* Tom. II. Quibus addimus *Boldichii Pontificem Ebræum*, nec non *Seldenum* in lib. de *Successione in Pontif. Ebr.* lib. II. c. 7. et *Frischmuthum* diss. de *Pontificum ebr. vestitu sacro*.

4
Sectio I. Varias de Vrim

§. II.

Pectora'e ve-
stimentorum
splendidissi-
mum.

Quia inter vestimenta summi pontificis *Pectorale* eminet, veluti luna stellas interminores, operæ pretium nos facturos esse putamus, si in eo explicando adhuc paullo diutius moremur. Hoc enim tum ad singulare decus ipsi conciliandum, tum ad officii demandati partes adimplendas, quam plurimum faciebat. Legitur illud per partes artificiosissime contextum Exodi XXVIII. et XXXIX; et nos pro instituti ratione non nulla ad hæc loca illustranda proferemus.

§. III.

Derivatio-
num τε ιών
discussio

Sententia
Gussetii

Lamyii

Auenarii et
Hilleri

Ebraice autem vocatur ιών; cuius denominationis variae exstant explicationes etymologicæ, mirum in modum a se invicem diuersæ, propter difficultatem ex radice vocis desperita exsurgentem. *Gussetius*, at quantus vir! *commentario* suo de L. E. edit. Lips. p. 552. se veram illius significacionem ignorare, candide fatetur. Arridet fere, tanti viri, quem Musæ Ebraice exoscularæ videntur, legere vestigia, ne operam et oleum nos perdidisse fateri, irrito conamine, cogamur. Rebus tamen in arduis voluisse sat est; pensitemus igitur aliorum sententias, et maxime verosimilem assumamus. *Lamyus* in libro de *templo* explicat *pētus*; sed hæc explicatio consistere nequit propter vocem additam ιώτην. Cum enim ex sententia *Lamyii* hæc vertenda essent: *pētus iudicii*; relinquimus lectorum iudicio, num feliores nobis esse queant, vt conceptum cum hisce verbis coniungant. Nos saltim putamus, prædicto tolli subiectum, et ita exsurgere conceptum absurdum. Ut siccо iam pede, breuitati consulentes, reliquas, quibus premitur sententia, prætereamus difficultates. *Auenarius* et *Hillerus* dictum putant pro ιών a rad. ιών *auguratus* est, *conieclavit*, *exploravit*. Verum optimi viri non vident difficultates non superandas, quibus se hac opinione immittunt; vnde nam enim eiusmodi litterarum transpositiōnem vñquam factam probabunt? Non quidem negamus, quod neque E. L. peritos latet, litteras in quibusdam vocibus

bus esse transpositas; fieri enim hoc maxime solet in deriuatione vocis cuiusdam a radice extranea. *confer. cel. Simonis Arca-*
can. scđt. I. §. IX. sed omnes disiectas ac dispersas esse, exem-
 plis extra omnem dubitationis aleam positis doceri nequit.
 Deinde hic si liceret deriuandi modus; quidlibet ex quolibet
 eruere possemus, et significationes vocum nāsō cereo non
 dissimiles euaderent. Relinquimus itaque hancce nimis lon-
 ge petitat deriuationem, et *Clericum* examini subiicimus.

Clerici.

Ille profert suam sententiam in *Comment. ad Exod. XXV. 7.* ob-
 seruans, Arabibus notare *hhauschanon pectus*, loricam, et an-
 teriore quidem *huius partem*, et apud eosdem *hhachana* sonare asper, asperis vestimentis adiuetus fuit. Quibus
 ita expositis, subdit, optime hoc in pectorale, auro et
 gemmis asperum, quadrare. Verum obseruamus, nimis in-
 genio esse indulgendum, si pectorale, tanquam loricam squa-
 mis obductam, repräsentare nobis vellemus. Nimis præterea
 coactum videtur, nomen fuisse impositum ornamento pre-
 ciosissimo, a qualitate quadam, aliis vestibus P. M. inprimis
 humerali, æque conueniente. *Forsterius* et alii deriuare co-
 nantur a radice Ebraica *רַשְׁתָּה siluit*; quoniam P. M. pectorali
 induitus silentio pressa, atque incognita prouulsiſſet; aut, vt
 alii rem declarare instituunt, reuelatio voluntatis diuinæ, non
 nisi alto obseruato adstantium silentio, esset facta. At quam-
 vis fluere videatur hæc sententia quoad significationem; re-
 pugnantem tamen eius auctores et defensores sibi habent
 analogiam Grammaticam, vt pote quæ euincit, litteram *ר* in
 eiusmodi formis non esse seruilem, sed radicalem. Pronouca-
 mus, dictis fidem conciliaturi, saltim ad voces *רַב*, *רַא*.

Forsteri.

רַב. Aliorum coniecturas in medium productas mittimus,
 quia vel iisdem vel etiam maioribus difficultatibus premuntur.
 Vocamus huc eos, qui vel cum *רַב*, quod *robur* denotat,
 conserunt; arbitrantes, pectorale ita vocatum esse, *quia*
propugnaculum fuisse Iſraēlis. Omnia proinde probabilis-
 sima est deriuatio a radice arabica *Hafnō* pulcer, elegans fuit;

A 3 cui

Simonis

cui quoque calculum album adiecit Vir Excell. Preceptor pietatis cultu semper prosequendus, Simonis, in *arcano formarum* p. 300. Et Braunius rationem deductionis desumit ab elegantia auri, purpuræ, cocci, hyacinthi, byssi, gemmarum, totiusque operis. Quid enim præstantius, quid eleganterius, quid pulcrius pectorali esse potuit, hisce ex partibus constructo.

Variae versiones vocis
ΙΨΩΝ.

Diversa ratione LXX interpretes hanc verterunt vocem modo ποδην ut Ex. XXV. v. 7. sed tunc pectorale cum pallio, aut magis adhuc cum tunica ad pedes usque defluente, eosque quodammodo tegente, confundunt: hoc enim infert notio vocis ποδην conf. Henr. Stephanii Thesaurus, sub voce περι Tom. 3. Modo, et quidem multo felicius, tradidere per λόγον των νομίσματων, dictaturam seu dictamen iuris, ad promissionem cum ipso coniunctam, et effectus illud concomitantes, responcientes; quod sit scilicet instrumentum, quo mediante Deus cum Pontifice M. sic induito loqueretur, et illi mandata reuelaret, ut populo ius deinde diceret Ex. XXVIII. v. 15. 22. sq. Modo transfusare περιστοι, a loco, pectore scilicet, cui Ephodo innitens fixum inhærebat, et quod circumdabat, ac tegebat, Ex. XXVIII. 4. quæ versio omnino est conuenientissima. Sir. XLV. v. 12. et Iosephus dicunt, λόγον, quibuscum interpretes Alexandrinii contentiunt; quæ explicatio cum τῷ LXX. interpretatione superiorius tradita fere coincidit: et idem est, siue deducas a notione sermonis sive rationis; cum utrumque optime fluit. Posteriorem enim si admititis, rationale dicitur, illud ex qua rationes et consilia ipsa erant petenda; Prius si arriserit, ratio denominationis in eo ponenda est, quod Deus cum Pontifice, hoc ΙΨΩΝ induito, locutus sit, rationes et consilia quærentibus indicando. conf. Relandi antiqu. sac. vet. Ebr. P. II. §. 10. p. m. 137. Hieronymus vocat rationale; et hunc presso pede sequitur Vulgatus, qui reddidit rationale iudicii: quasi fons ex quo iudicia profluant: quod optime quadrat in pectorali indutum pontificem, iudicia etiam exercentem, et primarii iudicis personam sustinentem, Deut. XXXIII.

XXXIII. v. 5. sq. *Leu. X. v. II.* Quibuscum consentit *Chaldeus* שְׁמַרְנָה vertens; et *Lutherus* per *Amtsschildlein* explicans. Adduximus autem omnes has versiones, ad illustrandam inferius producendam explicationem nostram: quamuis enim eandem hæc non probent, certe tamen illustrant, eique fauent.

§. V.

Pectorale, quo magis adhuc splendor illius eueheretur, duodecim gemmis pretiosissimis, et splendore lucidissimum spargentibus, erat conspicuum; quibus nomina tribuum Israëlis, a conditore cuiuslibet desumpta, opere sigilli inscripta, legebantur. Litem hac occasione inter verpulos ortam nostram non facimus, quo ordine nimirum, quaque serie, nomina lapidibus fuerint inscripta. Oneris enim ac muneris tantum Rabbinorum est, vt res nullius momenti, quin etiam aliquando ridiculas, ac nugas, multo labore ac sudore scrutentur; quo nomine omniscibilium ornati ex palestra descendant. Interrogemus igitur verpulum, nomen exquiramus, lapidi tertio aut sexto incisum; et pectus sapientia exuberans statim referet, fuisse Sebulonis aut Gadi. Dissentunt tamen; et licet dissentiant, gaudemus nos saltim, probi quippe gnari, ad salatem nostram hæc non pertinere, nec lucem alias S. S. locis addere. Sufficit, nos scire nomina filiorum Israëlis lapidibus fuisse incisa, sed non sine ratione quaeritur; cur hoc a sapientia diuina procuratum? Inspiciamus ipsum codicem; et rationes detectas perspiciemus. Prima fuit, vt Pontifex maximus, pectorali induitus nomina incisa gerente, coram Deo appareret זְכָרוֹן לִפְנֵי וּמֹתָה הַצִּיִּיר in memoriam coronam Deo iugiter. Non, quod Deus alicuius rei obliuiscatur, aut mediante tertio quodam, sibi aliquid in memoriam rursus reuocet; sed scriptum est ita, vt pii Israelite suo solatio discerent, Deum, vt pote qui omnia, et consequenter etiam P. M. his gemmis ornatum, sibi representaret, ipsorum bene esse memorem, ac ipsorum memoriam nunquam deponere, tener-

tenerimo ac paterno semper erga ipsos flagrare amore, et perpetuo cogitare, de ipsorum felicite promouenda ac adaugenda, deque promissis datis exadissime et opportunissime executioni dandis. Certissime itaque sibi perjuadere poterant, se esse peculium Dei, seque misericordia diuina, ac beneficiis diuinis, ex ea uberrime promanantibus, perenniter esse fruituros. *Deinde ut esset ipsi P. M. in memoriale perpetuum.* Si enim oculos mitteret in pectus; adulgebant ipsi gemmæ, nominibus sibi concreditorum ornatae, ipsum officii, nunquam non serio obeundi, admonentes, se constitutum apud Deum totius populi esse legatum; sibi ipsius curam esse mandatam, muneras esse sui, ut omnia populi peccata, sibi quasi imposita, apud Deum expiatione, sua fide in Messiam posita, deleret, et illius causa pro pectori suo inscriptis preces fundendas, sacrificia sincero studio offerenda, et animos vera cognitione doctrinarum salutarium esse imbuedos. *Poſt hi lapides, singulos Israelitas, nomina sua illis inscripta intuentes, commonefacere debebant, se perpetuo in Dei conspectu versari, siue hinc officii esse, ut sanctimonie darent operam, quemadmodum ipse Deus sanctus est.* Quibus addi *ultimo loco* posse videtur, haec ideo facta esse, ut, sicuti omnia in V. T. vmbbris inuoluta, præstantiora denotabant, hic quoque typus exsplendesceret, atque indicaretur, Christi, tanquam veri pontificis, pectori fideles omnes esse inclos.

§. VI.

Vrim et
Thummim
pectorali ad-
dita.

Pectorale adeo conspicuum continere debebat *Exod.* XXVIII. v. 30. *Vrim et Thummim.* Hic adeſt interpretum crux, hic nodus Gordius ab Elia soluendus. *Luces et perfec-
tiones*, quod mirandum, videmus oculos nostros tenebris obuelantes. O! si adesset ipsum *Choschen*; ut, discussis tenebris, tanta sententiarum diuortia componerentur feliciter. Nunc autem quot capita, tot sensus. Quilibet, interpretis personam induens, noua sententia auget difficultates, quilibet se veritatem inuenisse putans gauſus est. Nimis moleſtum

stum foret, ac nullius fere utilitatis, omnium meditationes, siue absurdas penitus, siue probabiles, aut probabiliores penitare, ac diiudicare. Adductas legimus vna cum auctoribus suis apud *Lundium in Iudischen Heiligtümern* edit. Wolff. Lib. III. c. VI. p. m. 188. sq. *Georg. Guil. Dietericum* in commentatione de *Vrim et Thummim* cap. III. p. 19. sq. *Braunum de vestitu sacerd. Ebr.* Lib. II. c. XX. p. 588. sq. *Io. Joach. Schröderum* diss. de *Vrim et Thummim*, *Lilienthalum in Archivario biblico*, et, qui primo loco fuisse appellandus, S. V. *Baungartenium*, praceptorum filiali amore colendum, in *adnot.* 327. p. 472. zur *gemeinen Weltgeschichte*, Tom. II. sect. VII. ad quos letores, sententiarum indeolem scire desiderantes, ablegandos putauerimus. Ne autem manum de tabula, penitus *ατυμβολαι*, remoueamus, examini nostro subiiciemus recentiores quasdam, a *Lundio* aut omissas, aut disquisitione accuratori non discussas, vt, monstratis earum, quibus laborant, difficultatibus, patere possit, nos causas habuisse fat graues, de aliis cogitandi.

§. VII.

Primus prodeat in scenam *Harduin*, miles in Pontificiorum castris fortiter pugnans, qui eandem, quam alii sui sententia gregis, inflavit tibiam, Vulgati interpretis defensionem in se ponderatur. *Harduin* fulsiciens, in *explication des mots Vrim et Thummim*, quæ inserta *Memoris Triuultinis* legitur. Vestigiis itaque hisce insistens, ad auctoritatem curiae Romane conciliandam, et infallibilitatem iudicis supremi illius eo felicius adstruendam, per doctrinam et veritatem explicatum iuit; monens, ius eo ipso, ac prerogativam indicari, quibus P.M. polluerit, vt veritatem, sine omni erroris periculo cognitam, pectoreque suo conclusam, aliis, ex se lumen ac institutionem quærentibus, manifestaret, qui certo effatis ipsius confidere potuerint. Sed non sine ratione hæc illustrauit: faciamus, iubet, applicationem ad Pontificem Romanum, Christi in terris Vicarium, et maiori iure illi eandem prerogativam adscribamus! Plures, qui viam ipsi strauerunt, habuit anteceliores, ex quibus præ aliis maxime eminet celebris ille papicularum promachus.

machus, *Robertus Bellarminus*, qui multo labore sinceritatem
 huius explicacionis adstruere annis est in libro, de *Pontifice*
Rom. c. III. Sed *Harduinum* oppugnandum suscepimus, recen-
 tiorem illis et fortiorum, quem si proiecerimus, reliquos
 quoque prostratos ac vicos videbimus. Respondemus ita-
 que i) omnes esse suspectos, qui defensionem *vulgatae* h.l. in
 se suscepere, quippe ad id non desiderio veritatis vindicandæ
 ac protegendæ, sed studio sectæ, cui nomina dedere sua,
 suffulciendæ, abreptos; suspectam itaque esse explicationem
 in gratiam eius protrusam. Hic profecto nobis, sine pericu-
 lo nimis accelerati iudicij, subsumere licet, characterem et
 scripta alia, et varias circumstantias aduersariorum penitentibus,
 ipsos fuisse amore præsidis sui adductos; et explanatio-
 nem hanc, nisi alia conuincientia acceperint argumenta, esse
 reiiciendam. Præprimis id notum est in aduersario, quem
 oppugnandum nobis stitimus. Ex somniis illius ipse N.T.
 codex latina lingua a viris spiritu sancto actis est consignatus,
 ut hisce positis auctoritas Pontificis R. eo certius stareret, et
 palliati paulisper apparerent multi errores. Quis igitur dubi-
 taret, illum omnem mouisse lapidem hac quoque occasione,
 vt Pontificis Ebræi veritatem, et inde adstructam infallibilitatem,
 transfundere in Romanum? Sed merito nobis gratula-
 mur, conatus illius fuisse vanos, successu omni destitutos,
 fatis solide ab aliis impugnatos. II) Precario adsumunt ex-
 plicationes boni yiri, nullis argumentis, ipsis ex verbis aut
 contextu deducitis, pro illis pugnantibus; vt hypothesi semel
 adsumpta consulant. ■■■■■ enim deducunt a יהָה, quod in
 Hiphil docendi notionem induit; et ■■■■■, ab ■■■■■ credidit:
 et modo ex voluntate, licet repugnante Minerua, ■■■■■ infor-
 munt, modo, vt errorem ornent suum, ■■■■■ sibi repugnans rursus eli-
 dent. Abeant potius, et perquirant regulas Grammatices,
 et le vocum confuetam derivationem edoceri patientur; neli-
 gitantes cum aliis sèpius aduersus prima elementa impingant.
 Auctoritas τῶν LXX, ad quam forte prouocabunt, quamque
 interpretem vulgatum secutum putamus, nobis curæ non est.
 Licet enim vertant per διάλογον καὶ εἰπέται; nos tamen nihil
 time-

timemus, vtpote certi, eos infinities lapsos, atque a veritate Elbraica, vt cum Hieronymo loquamur, alienos fuisse. III) Ritè si inter se conferant loca, in quibus pectoralis, et cum eo coniunctarum prærogatiuarum, mentio iniicitur e.g. Numer. XXIII. v. 21. i Sam. XXVIII. v. 6. i Sam. XXIII. v. 18. vim inferri patet textibus sacris, si Harduini figura mentum ex iis exsculpendum sit. Non enim illis insinuatur signum aliquod, indicans, P.M. esse iam insitam veritatis cognitionem, eiusque infallibilem manifestationem; sed sub certa quadam conditione, medio a sapientia Dei electo, ipsi demum esse communicandam: non tamen veritatis, animarum salutem spectantis, quod aduersarij precario sine exemplis S.S. adsumit; sed euentus cuiusdam dubii, cognitionem. Ex inductione enim aliorum locorum patet, quod Pontifex Maximus, consilium et euentum rei incertæ vt aperiret, rogatus; pectorali induitus illuminationes superne sibi factas indicauerit; sèpius vero, re infecta, responsione diuina non accepta, incertus discesserit. Quodsi vero iure, et priuilegio affectus fuisset cognoscendi veritatem, insito vsu lumine: qua ratione tandem, spe sua frustratus, responsa non dedisset; qua ratione, inquam, errores, infallibilicatem destruentes commisisset; cur tandem pectorali, vt medio quodam, usus fuisset? Maiores de cetero in lucem hoc argumentum spho sequenti ponemus. conf. Dassouii diss. de Disfido Pontif. Rom. et Ebr. Reiciimus itaque omni iure explicationem α) in fauorem alicuius erroris protrusam, β) ipsis Grammaticis regulis repugnantem γ) aliis circumstantiis contradicentem, et δ) tandem ne caussæ quidem defendendæ fauente, tanquam explodendam. Pluribus adhuc errores Harduini ob oculos ponere possemus; quæ tamen consulto præterimus, vtpote ab impugnatoribus infallibilitatis P. Rom. iam satis discussa; præprimis cum multo maiora ac difficiliora adhuc a nobis dijudicanda supersint.

§. VIII.

Harduino adiungimus Val. Ernest. Læscherum, nominis Læscherus fama maxime celebrem Theologum, non multum in enodandiudicatur.

da difficultate harum vocum ab Harduino abludentem; comitem ita ipsi quoque damus. Veneramur hunc virum, admiramur eius felicitatem in tollendis dubiis exegeticis; licebit tamen nobis addere rationes, cur sententia illius subscribere nequeamus. Protulit eandem in libro Germanico, cui titulus: *Edle Andachts-Früchte p. 482.* ad *Exod. 28. v. 30.* exhibemus ipsius auctoris verba. *Gib Licht und Recht auf das Amts-Schild. D.i. Gib diesem Schild in meinem Nahmen solche auferriätet, und Kraft, dass es sey, und der so es trägt, habe Licht oder Weisheit in dunklen und schweren Dingen, und Recht oder Kraft recht zu urtheilen in freitigen Sachen.* Vnicuique autem, verba adducta legenti ac diuidicanti, patere, maxima in adesse conuenientiam, inter hanc et Harduini §. VII. refutata sententiam, putamus, quid? quod fere coincidere cum illa. *Resp. itaque I) argumenta varia, spho prægresso prolata, hic quoque esse applicanda, mutatis tamen mutandis. Sed ut certiores simus, quasdam adhuc difficultates, quibus laborat sententia, in sequentibus adducemus.* Hanc enim quoque ob cauſam II) nobis non arridet sententia Læscheriana, quoniam habitum inferre videtur, Pontifici Maximo pectorali induito infusum, rebus de occultis, ac maxime arduis iudicandi; quod tamen illis locis repugnat, vbi reuelationes factæ per Ephodo adiunctum pectorale enarrantur. Nullibi legimus eiusmodi habitualem sapientiam ac iudicandi vim Pontifici fuisse concessam, aut promissam. Loca enim, voluntatis diuinæ reuelationem referentia, Deum sifunt, immediate oracula quæsita edentem, pro sapientia tamen ac amore suo summo, facerdote supremo, ut causâ instrumentalí, vtentem; ut auctorem et fontem primarium Israëlitæ p̄i cognoscerent ac venerarentur. Hinc sigillo quasi obsignatas hasce videmus patefactiones voluntatis summi: *Dixit dominus; respondit Iehouah. Num. XXVII. v. 6. 7. sq.* Sistuntur nobis filii Israëlis de bello anxii, cum fratribus suis ineundo; *querunt igitur per dominum, i. e. ipsum dominum. et non multo post adiicitur: dixit Iehouah, ascendite, quoniam crassina luce datus sum (hostes) in manus tuas.* Dauid, persecutionem patiens, summo

mo in periculo constitutus; ad sinum patris sui cœlestis con fugit, inde auxilia et consilia certissima deducturus; preces immediate dirigit ad Deum omnipotentem. *i Sam. XXIII. v. 10.* clamans: *Domine, Deus Israëlis, audi, audi, seruum tuum;* et non multis interiebris additur; *et dixit Dominus descendere. c. i Sam. XXIV. v. 37. sq. i Sam. XXVIII. v. 6.* Plura hic congerere loca, asserti nostri veritatem corroborantia, superfluum iudicamus; cum ex adductis fatis superque pateat, nullam infusam sapientiam, aut attributam iudicandi vim, mediante pectorali, Pontifici adfuisse. Ad quemcumque enim confusio consulturus, illum agnosco auctorem datae postea responzionis. Iam vero Israëlitæ non ad sacerdotem maximum preces suas ac desideria sua direxere, sed ad ipsum Dominum. Deum ergo maximum immediatam caussam reuelationis cognouere. Ipse Iosephus interpretis hac in re sententiae veterum Israëlitarum vices sustinere potest; qui *lib. VI. antiquit. iudaic. cap. 7.* ad verba Sauli, diuinum silentium, vbi consultus erat, ægre ferentis *i Sam. XIV., 36-38.* sequentem paraphrasin adferit: *non sine caussa, τινος θεωρησέοις ίψην Φωνήν εἰδότον ὁ Θεός, nobis quærenib[us] vocem non dedit Deus, qui τamen anteā nobis omnia significare solitus est; et nihil scisitantes clare loquens.* III) Hisce omnibus accedit, sententiam ipsi contrariari experientiae casibus, quos libri sacri nobis consignatos reliquerunt. Ut breuitati inferuiamus, argumentum ex his depromptum, ratiocinio inclusum proferemus: Si Pontifex maximus habituali sapientia et virtute de arduis iudicandi fuit prædictus; nunquam non, quotiescumque voluit, oracula præstítit quæsita. Iam vero posterius est falsum; Ergo et prius. Posterior falsum esse vel ex Saulis probare possumus historia. Quamvis enim hic oraculum consuleret *i Sam. XIV., 37. et c. XXVIII., 6.* adiunctis precibus munimis supremi voluntatem percontaturus; nihil tamen responsi restulit, quia, neglectis diuinis mandatis, in Deiram incurserat. Iam vero si tam anxie quæsitos rerum euentus habuisset sacerdos, pectorale gerens, perspectos; quidam æstuante Regis animum, quem ipso a Deo electum, quem-

que saepius auxilio diuino suffultum sciebat, sospire responsive data tentasit? cur tandem non prauidit, aut certo scivit pontifex, Regem, desperabundo non absimilem, in atrocissima prolapsurum esse peccata, eo vsque, vt ad hariolos, antea terra electos, consulendos essetabiturus, atque eo ipso magis adhuc iam feruenter accensurus Dei iram? Satis ex his patet, nonnisi Deum fuisse, qui oracula sacerdotis suggerere propter quærentis indignitatem recusabat. Pectorale hic quidem adest, quærens eo instructus apparet sacerdos coram arca foederis; Rex anxius suspiria fundit, exspectat exhilarantem responsonem. Oracula desunt, os conclutum sacerdotis videtur, ipsum Choschen non auxiliatur; nil est, gratia supremi non accedente. Vbi igitur habitualis sapientia; vbi vis iudicium ferendi infallibile cum pectorali coniuncta? difflit, surgente veritatis lumine. Deo oracula negante, nil sacerdos efficere potest; confitendum ipsi, esse manum omnipotentis omnia hæc operantem. Nostra porro sententia IV) ex eo confirmatur, quod Rex, ira percitus, alioquin in sacerdotes fæuissimus, responso non obtento, in furorem aduersus sacerdotem, quem compellauerat, non actus sit; quod vtique, pro mentis impotentia, atque indole ad crudelitatem prona, facturus fuisset, si sciuisset, penes sacerdotem, vt pote habituali virtute ad ardua respondendi donatum, stare, utrum oracula dare, an negare voluerit. Sed ægre quidem silentium ferens, de denegata sibi diuina reuelatione se coniuctum sentit; indeque mox ad caussam silentii diuini tollendam procurrit i Sam. XIV, 38. mox fletere si nequit superos, acharonta vult mouere i Sam. XXVIII, 6. seqq. Ultimo loco (V) addimus, Israëlitas reprehendi, Ios IX, 14. quod os domini non confulerint, antequam legatorum, sicut facientium, vota expleuerint. Nulla hic iniicitur mentio sacerdotis; sed immediate assertur os Domini, tanquam unicus, isque verus, cognitionis veræ fons. Sed sufficient hæc de sententia Loescheriana, quam satis nos refutasse arbitramur!

§. IX.

Accingimus nos ad examini subiiciendam sententiam, quæ omnium fere eruditorum occupauit mentes. Merito tamen ex parte Relandi sententia ex-

more quodam deterriti hoc suscipimus opus. Perfrictæ enim minatur. videtur frontis esse, iuuenem respuere difficultatum feliciorum enodationem, a dictatoribus litteraturæ orientalis huc usque ardenti studio professam, et validis argumentis protectam. Sit tamen inuestigemus, quanam in re laboret! Plurimi, etiam tempore nostro, putarunt, *Vrim* et *Thummim* esse ipsas gemmas, pectorali insertas, nomina tribuum filiorum Israëlis incisa gerentes. Nimis onerosum foret, omnia hanc explicationem calculo albo ornantium, afferre argumenta, pro veritate illius afferenda ac vindicanda, multo studio hinc illinc conquisita et adducta. Prodeat solus *Relandus*, omnibus notus, cultorum præprimis litteraturæ orientalis oculos in se vertens; qui in *compendio antiquit. Ebr. Part. II. c. I. p.m. 137.* ita mentem suam explicat; *Huic*, inquiens, *Ephodo* insertæ erant *tz* gemmæ, per 4 ordines digestæ, quibus insculpta erant nomina filiorum Israëlis, quas ipsas nomine appellatas fuissent, videtur liquere ex Ex. XXXV, 9. et collaris Ex. XXXIX, v. 10. et Leu. VIII, 8. sq. Concinna breuitate hic prolatam sententiam, et validissimo, ut videtur, arguento suffultam, perspicimus; et hac in re multos sibi consentientes habet, *Brentium* auctorem sequentes, primus qui eam proposuit. Maxime tamen vindicandam in se suscepere *Dietericus* in *Commentatione de Vrim et Thummim* supra iam laudata. *Braunius* in lib. de *Vestitu sacerdotum Ebr. I. II. c. 20. §. 532. et §. 540. *Wichmannhausenius* in diff. num *אורים ותמים* ab *אבני מלאים* distinctum quid fuerint nec ne? *Lampius* in *oratione de Vrim et Thummim*, et *Io. Ioach. Schräderus* diff. de *Vrim et Thummim*. Adduximus tantum nominis fama maxime celebres; reliquos, quorum non numeranda est cohors, silentio transeuntes. Et hi omnes quidem in eo consentiunt, lapides, gemmas, hoc nomine fuissent insignitas, in modo tamen reuelationis per eas factæ mirum a se differunt. Quidam illorum, quibus Rabbinorum vestigia*

vestigia religiosissime sequi volupe est, omnia figura, ex vaganti illorum ingenio propullulantia, audissime amplexantes, aut gemmarum splendorem radios spargentem, aut litterarum protuberationem, fulgorem, aut etiam atrorem, lapidum tenebras, sibi fingunt; ut signa certissima voluntatis diuinæ, quæ sita annuentis, vel respuentis, ex illis cognoscendæ; conf. Schmidii *Biblischen Historicum* p. 1014. Vnicuique autem naris emunctæ, rem pensitanti, difficultatem, quin vanitatem, huius fidei reuelationis patere, credimus: refutatione proin eo lubentius supersedemus. Alii contra, quibus de meliori luto finxit præcordia Titan, quibusque cordi est, veritatem aliorum figuramentis obscuratam luci restituere suæ; nuncium mittunt huic reuelationis modo, et gemmarum splendorem, nihil aliud, quam symbolum præsentiae Dei, signum lucis et perfectionis propheticæ, sibi representant; aut etiam, quod interdum sapientis est, doctam et non satis laudandam confitentur ignorantiam. Sed in tramitem, ut redeamus, relictum, ordo nos admonet. Salutamus igitur denuo *Relandum*, qui pendens adhuc animi non multum caussæ suæ confidere videtur. Eo usque enim non progreditur, ut certitudinem discriminis sublati euincere conetur, sed in verisimilitudine acquiescit; quod ex illius *videtur liquere* satis superque appetet. Alii contra ea confidentius affirmant, quod præprimis *Lampius* statim in initio *orationis* supra iam citatae facit: quamuis nullis aliis pugnent armis, quam quibus fortissimus *Relandus* prælia subire veretur, præterquam quod *Braunius*, l.c. ad conuenientiam, quam intercedere lapides fulgentes, ac luces et perfectiones putat, prouocauerit; ratus optime dici potuisse gemmas pectoralis *Vrim* et *Thummim*, propter splendorem illis proprium. Sed observamus, plus *Braunum*, et qui cum eo faciunt, probare, quam quidem intendunt, et per consequens nihil probare: plures enim fuere lapides, inter Pontificis ornatum auro, argento corruicantes, plura quoque vestimenta, auro gemmisque splendidis distincta, radios proin æque effundentia; quæ eodem iure, ac pectoralis gemmæ, ad eundem modum *Luces* et

et *Perfectiones* dici debebant. Omnia tamen haec, quamuis satis pro nobis pugnantia, silentio omittimus, insistere ac prosequi vestigia *Relandi*, inter assertores oppugnandæ sententiae *Coryphaei*, satagentes. Confudit hic, vti iam vidi-
mus, ad *Ex. XXXV. v. 9.* collatis *Ex. XXXIX. v. 10.* et *Leu. VIII. v. 8.* ubi mentio fit modo gemmarum, modo τὸν *Vrim* et *Thummim*, quæ quasi alternare, et eadem fere de utrisque extare non multum a se discrepantia prædicata videntur; indequ sequi putat, illa esse eadem. Hinc *Hillerus*, quando *Levit. VIII. v. 8.* legitur: *dedit ad pectorale Vrim et Thummim;* statim explicationis causa subiicit: i.e. et natura et consummatissima arte *Betsaleelis*, *ira expositas gemmas*, ut *instar ignis fulgerent*. Verum enim vero I) concedamus, plures dari vocum *Vrim* et *Thummim* possibiles significationes, ita ut modo *rem ipsam*, modo *adiunctum rei* seu conditionem, sub qua exsistebant *Vrim* et *Thummim*, significant; concedamus salua veritate, lapides in hoc vel illo loco nomine hoc fuisse insignitos; quoniam sapientia diuinæ placuit, ipsos tanquam conditionem, sine qua reuelatio non siebat, designare; et per metonymiam *adiuncti pro subiecto*, aut si mauis, conditionis pro conditionato ponere. Inde tamen minime sequitur, gemmas aut lapides pretiosos nihil, et nullibi ab *Vrim* et *Thummim* differre; sed prorsus esse eadem. Plura enim requiruntur ad significatum quemdam, hac vel illa serie forte possibilem, ut verum ac actualem figendum. Conf. *Viri summe Venerabilis*, præceptoris, cuius nunquam non summa voluptate perfusus recordor, *BAVMGARTENII Hermeneut. Sacra lect. I. §. VIII.*, et *lect. II. §. XXXV.* Interim II) obseruamus, locum *Leu. VIII. v. 8.* quo plurimum aduersarii nituntur, alia posse verti ratione, ita ut illis minime favat, sed pro nobis pugnet. Verba enim hebraica ita transfundimus: *Et imposuit ei pectorale, et ordinavit ad pectorale s. una cum hoc pectorali, Vrim et Thummim s. perfectissimas revelationes.* Et hanc quidem interpretationem, fini loquentis optime congruentem, nullis obnoxiam fere esse dubius, magis adhuc patebit, si exegesis nostra dicti hac in re classici *Ex.*

XXIX. v. 30. fuerit prolata, quæ presenti lucem maiorem addet. Nil iam adiungimus, quam, insolens non esse, vt particula induat significacionem causalem; vt actionis cuiusdam eo ipso indicetur causa finalis. Prouocamus tantum ad locum, exceptione maiorem Gen. I, 26. faciamus hominem &c. *Vt dominetur conf. Danzii interpret. synopsin cap. IV. §. 149. et Noldii Concord. partic. Eb. p. 268 - 329.* Significatum autem, quem vox *בְּנֵי* hic obtinet, infra pluribus ostenderemus. Tandem

III) si vel maxime Leu. VIII, 8. ipsi lapides metonymice nomine *תְּרוֹת* Vrim et Thummim venirent; negamus tamen et pernegamus, ea per se non nisi lapides pretiosos fuisse, fortiter e contrario defendantes, Vrim et Thummim plane diversi quid, sicuti a toto pectorali, ita etiam a gemmis, involuere. Fidem nobis facient euidentissima S. S. oracula, quæ nunc in scenam prodire iubebimus. Prouocamus igitur ad Ex XXVIII, v. 15-30. quem locum paullo accuratius considerare iuuat; utpote in quo tota struetura 78 Choschen a Mose describitur. Versibus scilicet 15. sq. materia eius ex qua atque forma exponitur; dein subditur v. 17. sq. exornandum esse hoc pectorale lapidibus pretiosissimis, in 4 ordines dispositis, implendum, subiunctis simul gemmarum nominibus. Docetur simul v. 22. sq. quomodo catenulis adnexit illud idem cum Ephodo coniectendum, corporique Aharonis applicandum sit, non omessa v. 21. nominum Israëlitarum incisionis in lapides mentione. His ita com memoratis, v. 29. subiicitur ratio, cur lapidibus nomina inscribenda essent, vt ea portaret Aharon in pectorali super corde suo, sive curæ commissa, cum intraret sanctum, in memoriale coram Iehouah iugiter. Cum vero hæc omnia ad umbilicum iam perducta essent, quæ ad strueturam, materiam, figuram, et gemmas in primis pertinebant, nihilque quidquam eorum reliqui esset: ecce nouum aliquod momentum v. 30. subiungitur, maioris certe ponderis, quod cum pectorali coniunctum Deus vellet, ita expressum; et dabis ad pectorale iudicii, quod omnes circumstantias in anteversis delineatum, Vrim et Thummim. Quis, nisi praeconceptis opinionibus abreptus sit, sibi in mente venire patietur,

tur, hisce Vrim et Thummin lapides insinuari preciosos, de quibus supra iam aetum fuit? Quis non perficit, inutilis ac perspicuitati officientis repetitionis rerum antea iam dictarum, vel fine necessitate interrupti ordinis, scriptorem sacrum esse accusandum, hoc sublato discrimine? Efficacissima sunt, quae acutissimus Gusletius hac de re scribit, in *comment. L.S. p. m. 1728.* *Si Vrim, inquit, et Thummin fuissent ipsi lapilli, tunc certe Deus, postquam Exod. XXIX. et XXIX. egit de lapillis, dixisset vers. 30. et pones eos: Deinde ante haec duo nomina non proponit ΘΥΜΟΝ, sed ita loquitur, ut qui proponit aliquid novi, post lapillos, et diversi ab ipsis.* Idem confirmat *Num. XXVII. v. 21.* ubi de Iosua, duce populi constituto, refertur, ipsi iniungendum a Mose fuisse, ut in casu dubio, populi salutem respiciente, Eleasarem P. M. adiret, eum consulturus de iudicio Vrim coram Iehouah. Quis hic de gemmarum iudicio cogitabit? si autem de iudicio illuminatissimo, seu luce diuina collustrato, accipimus, quod pontifex coram Deo stans obtinere debebat; tunc omnia in aprico posita sunt. Eodem pertinet i *Sam. XXVIII. v. 6.* ubi scriptor sacer referit, Iehouam Sauli neque respondisse per somnia, NEQUE PER VRIM, neque per prophetas. Lapidés qui hic ponere vellet, somniare videretur, ac sequi castratos, rem fabulis expedire conantes. Mens potius est sancto auctori, Deum Sauli, quamvis ipsum per sacerdotem pectorali lapillis ornato indutum consuluerisset, nihil tamen responsi per pontificem diuinis lucibus illustratum, dedisse. Huic denique succedat *Nehem. VII. v. 65.* ubi *Hathiratha, i. e. Zerobabel vel Nebemias,* qui cum potestate inter Iudeos erat, sacerdotibus, de quorum genealogia non constabat, prohibuisse legitur, ne comedarent de sanctissimis, usque dum staret s. existeret iterum sacerdos ad Vrim et Thummin. Quod manifesto idem valet, ac: donec iterum existeret sacerdos Maximus, qui pectorali induitus promere posset oracula diuina. Et hic riuulos claudimus, satis nos efficie, discrimen lapides ac Vrim et Thummin intercedens, sperantes.

§. X.

Edzardi opinio refuta-
tur.

Antegressos iam excipiat, non minor nominis fama, *Edzardus*, qui sui ingenii vires, in remouendis tenebris, quibus luces et perfectiones inuolutæ, tentasse videtur. Protulit sententiam suam in *Comment. ad Auoda Sara c. II. p. 203. sqq.* quam b. *Wolffius* quoque in notis ad *Lundium p.m. 492. n. 7.* exhibitat argumentis ipsius *Edzardi* illustravit, *Edzardique* operam, in ea efficienda ac confirmanda, eo ipso laudauit. Eo tamen reddit mens illius, per *Vrim* et *Thummim* intelligi X præcepta, et statuta cuncta, ecclesiastica pariter atque forensia, quæ Deus ante constructum tabernaculum *Ex. XX, 23.* iam tulisset. Hæc, putat, a Mose forte consignata pontificem summum pectorali inclusa gestasse; iisque ornatum responsa ab aliis quæsita diuinitus sibi subministrata, proposuisse. Ne autem aliquid precario adsumissè, videatur, multa protulit tam ex ipsis vocibus, quam ex fine loquentis, atque contextu desumpta, ad hanc suspicionem eo felicius euitandam. Quanto vero cum successu hoc factum fuerit, ex dicendis patebit (I) prouocat ad appellationem בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל שְׁמַטָּה, qua tum *Vrim* et *Thummim*, tum ipsum pectorale insignitur. *Ex. XXVIII, 30. 15. 29.* vbi, vt robur sue sententiæ acquirat, monet, *Ex. XXI, v. 1. c. XXIV, 3.* et alibi, leges vocari iudicia filiorum Israëlis, indeque infert; quia iudicia filiorum absolucentur decem præceptis, atque reliquis statutis, a Deo per Mosen subministratis, populoque ab ipso communicandis; sequi, vt pectorale, cui *Vrim* et *Thummim* annexa legerentur, nonnisi complexum legum diuinarum continuerit, ut propter quod non minus, perinde vt *Vrim* et *Thummim*, nomine mischpat bne Israël veniret. Sed obseruamus 1) spiritum sanctum ipsum huic difficultati viam præclusisse, et diuersis formis hæc duo maxime a se diuersa expressisse; siquidem statuta iam lata in plurali exprimuntur, pectorale autem iudicij in singulari, effertur. Edzardo igitur fit surgendum; tum vel pluralis in locis supra adducitis, בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל, forma singulari induendus, vel singularis, quando de pectorali iudicij sermo est,

est, pluraliter capiendus esset. Cur autem concederemus, antea eundem saepius visitatam, omnium oculos primo, ut ita dicam, intuitu ferientem lumine suo, mox relinquentem, incognitam loquendi formam nunc adoptasse, ac eo ipso lectores confusisse suos? hinc sufficienter patet, distincta a scriptore sacro, a nobis quoque rite esse distinguenda. Et 2) si vel maxime haec vrgere nollemus; nulla tamen in Edzardiano argumento vis est concludendi et efficacia: quia vox mischpat æque ad iura in posterum manifestanda, ac ad ante lata referri potest. Effectus si consideramus, locis inter se collatis, ac negotium των Vrim et Thummin; facile deprehendemus, ea non pertinuisse ad statuta, iura iam sancta, cuius obvia ac nota, sed ad ea potius, quæ in casibus dubiis adhuc erant determinanda. Vnde ex rei ipsius indole dispallescit, pectorale vocari *iudicium* pectorale ab euentu, in eo posito; vt, quid iuris in dato casu sit, sciscitantibus innosceret. (II) Addit, optime leges ita nuncupari potuisse, propter perfectissimam lucem, quam splendentes spargebant; quippe mentium caliginem dispellerent, ac intellectum illustrarent, voluntatem numinis supremi nobis reuelando, ac viam, quæ ad felicitatem, illam ingressos perducere queat, ostendendo. At quam ficalneis hoc argumentum nitatur fundamentis, Spho iam vidimus prægresso. Porro quænam tandem est illa legum appellatio? Vbinam est locus totius codicis S. eas nomine Vrim et Thummin adficiens? cur nullibi amplius, optima tamen occasione, repetitur haec denominatio? Veritati magis consentaneum est, Deum, haec si voluisse, dicturum; *indes pectorali iudicium* חַדְשָׁתִ הַיּוֹדֵעַ IVDICIA; et non vsum fuisse phrasí adeo inconsueta, quam non temere quis ad leges iam datas retulerit. Ergo inuolucris v demus perspicuitatem S. S. ab auctore huius explicationis oppugnari, ac omni iure deserendam iudicamus. Quæ (III) adiicit, ad analogiam configiens, Deum sacerdoti leges gestanti oracula suggestisse, eodem modo, sicuti Moysi ab arca, in qua tabulae legis erant, subministrata essent; tanti non sunt momenti, ut res nostra sit relinquenda. Monemus enim, precario haec ab

auctore adsumi: et quamvis nouerimus, Deum, ex sapientia sua, in Schechina supra arcam habitantem, reuelationes dedisse; non intelligimus tamen, qualis sit, quam amplexus est *Edzardus*, conclusio. Quoniam Deus ex arca, legis tabulis ornata, apparuit; Ergo quoque sacerdos maximus, omnibus legibus induitus esse debuit, Deum consulturus, et sic responfa accepit. Magis pro nobis haec omnia pugnare videntur; superfluum certe fuisset, legibus arcæ iam inclusis, alias pectori P.M. adfixas addere, ad veritatem eruendam, ac voluntatem Dei cognoscendam. Si enim Deus, de difficultibus quæsitus, iam ex columna super legis tabulis arcæ inclusis respondit: quid opus erat idem bis agere, atque etiam superscriptione legum in pectorali latentium oraculadare? Iam (IV) ponamus aliquantis per *Edzardi* legem pectorali inclusam, et eruere conemur finem et effectum eius, vt, applicatione deinceps ad oracula per Vrim et Thummim facta, magis adhuc pateat, quantum eidem dandum sit, ac concedendum. Fortasse Deus omnia haec ita ordinavit, vt, intuitu legum pectori rogantis inscriptarum commotus, foederis cum populo Israëlitico initi reminiscens, oracula quæsita ederet, eoque ipso confirmaret, se peccata aduersus se commissa, condonare? Optime haec fluenter, nisi legis effectum, Euangelii luce accidente, sciremus; magis enim accedit iram Dei, transgressionibus legum salutarium irati. Quotiescumque enim appareret P.M. hoc pectorali induitus, necessarium erat, ipsum Deo quasi in memoriam reuocasse, se quidem paterno fuisse complexum amore populm, ipsa legis promulgatione confirmato; sed illum eo esse indignum, transgressionibus sepius iteratis amorem repudiantem. Quid autem aliud ex his fluit, quam fortius adhuc, vi iustitiae illius vindicis, ad detestandum et puniendum populm transgressorum incitatum, ac prouocatum, non autem ad misericordiam et benignitatem esse incensum? Disparet itaque, legis τω *Chophchen* inditæ vñs s̄ finis hicce, quem tamen ipse *Edzardus* innuere videtur. Et analogia, quam sibi vir ille doctissimus finxit, non nisi cerebrina est, in accidentaliter coexistentibus,

bus, oraculo scilicet desuper arca edito, atque tabulis in ea latentibus, fundata, ex qua nihil ad cauſalitatem concludi potest. Arcæ enim tabulæ decalogice mandatæ erant, partim, vt tutissime in ea seruari possent; partim, vt indicaretur, nos lapsu depravatos postulatis earum minime posse satisfacere, sed cheirographum hocce, propitiatorio Christi officio, per operculum propitiatorium repræsentato, esse deſendum. Ab earum vero in arca præfentia responſa diuina minime omnium suspensa erant. Id vel ex eo patet, quod columna, oraculorum fons, non ſeipſer ſuper arca reſideret, ſed modo hic modo alibi eſſet, et nihilominus oracula diuina ex eadem prouenirent. Cum igitur columna, vnde caſuum ſolutiones prodibant, et tabulae cum tota arca, longe a ſe diſtare poſſent, oraculis nihilominus querentibus ſuppeditatiſ: obuium utique eſt, tabulas decalogicas ſe minime omnium, vel vt cauſam, vel vt conditionem ſine qua non, habuiffe ad responſa Dei. Si vero haec vltro concidit ficta inter vtrumque connexio: tum corruit etiam omnino, quod eidem inaeſtificauit, responſio ſcilicet ad caſum diſſicilem, præſente ſcripitione ſtatura Iſraēlitica complectente, peſtorali inferta. Si regerere volueris, ideo complexum legum fuſſe inclusum, vt P. M. memor eſſet, ſibi non niſi ex lege, et ſecondum leges respondendum eſſe. Tum respondeo, 1) Pontificem responſionis non fuſſe auctorem, ſed Deum; 2) Pontificem consulturn eſſe rebus de abſconditis ex lege non decidendis, vt ex Saulis Dauidisque patet exemplis, qui de rebus, belli exitum ſpectantibus, Deum per pontificem peſtorali ornatum, conſultum iuerunt. Denique 3) ſi de quaſtione legali traſlatio incideret; non demum peſtorali opus erat. Vnicuique enim notum eſt, legem non fuſſe theſaurum, peſtore vniuſ tanquam conſlusum, et ab aliorum omnium oculis abſconditum; ſed omnibus Iſraēlitis apertum: decempeda enim erat nor- maque vitæ ac morum, cordibus ipsorum inſcribenda, fronti ac manibus adfigenda, in cultu publico verſanda, ac pueris proponenda, conf. Deut. VI. v. 6. c. XI. v. 18. ſq. Proverb. VI. v. 21. Ex his rite inter ſe collatis, adiecta ſimil conſideratio-

ne,

ne, nullibi in toto Pentateucho aliqualem extare mentionem confessæ eiusmodi scriptiorum, satis apparere putauerimus, ingeniosam hancce *Edzardi* explicationem consensu non esse dignam, sed reiiciendam. Miratur itaque non sine iure, eam adeo placuisse *Pfaffio* celeberrimo, vt in *bibliis*, suis notis illustratis, calculo suo ornarit, maxime verosimilem eam deprehensam.

§. XI.

Carpzouii
coniectura
diluitur.

Vestigia *Edzardi*, iam refutati, lecutus est b. *Io. Bened. Carpzonius*, comitem proin eidem ipsum damus. Protulit autem sententiam suam de Vrim et Thummim, multoque labore illustravit, in peculiari libro, cui titulum fecit: *Christiana de Vrim et Thummim coniectura, quid fuerint?* &c. Lip. 1732. Ut eo certius in eo dijudicando progrediamur, ipsum loquenter audiamus. Is autem cap. II. thes. I. p. 7. ita mentein suam explicat. *Nimirum puto fuisse tabellas lapideas, ab ipso Deo confessas, in quibus euangelium de Deo et Christo digito Dei consignatum erat, Moysi datas, ut in Choschen indat, et iuxta illud doctrina Euangelica proponeretur, et extraordinarie, illis mediatis, Deus interrogetur, et respondeat.* Multi quidem et prolixiores esse possemus in retundendis argumentis auctoris, quibus coniecturam suam exornare, certe palliare, conatus est, nisi partim plura ex prægressis, quibus *Edzardum* oppugnauimus, hoc quoque optime facerent; partim fatis concinne ac feliciter conamina *Carpzouii* essent infraacta a *Ch. Ludou. Runkelio* in cogitationibus, quid Vrim et Thummim fuerint in *Exod. XXVIII*, 30. et *Leu. VIII*. v. 8. quæ insertæ leguntur sic dictis *spontaneis oblationibus Hassiacis*, s. den Hessischen Hebb-Opfer. vol. 2. P. 12. obseru. IV. p. 171. sq. cuius viri armis iam vt pugneimus superuacaneum ducimus. Addimus tantum 1) nos mirari inuentorum; fed tamen scripturam sibi non habere præunteum, indeque ad figura eam iure esse referendam: 2) plus eam cognitionis de redemptore tribuere ætati Mosaiæ, quam ei competit. Lux doctrinæ euangelicæ ex *Carpzouii* mente sacerdoti pectorale gestanti adfulget; mysteria ipsa,

in

in œconomia Mosaica multis tenebris obsita, luce sua radiant; seruator ipse, sanguine suo in cruce effuso, nos redimens, peccatis deletis, ac patre nobis reconciliato, tabulis euangelicis, patescit; omnia noui foederis tunc occulta, enodata ac explicata tabulis euangelicis extant. Quantum autem hoc conueniat cum ætate Mosaica, vnicuique manifestum est. c. Budbei institut. Theol. Dogm. lib. II. c. I. §. XLV. et L.V. 3) Vocibus Vrim et Thummim inauditum in Mosaicis, ceterisque V.T. libris impertire significatum. 4) A scopo plane abludere. Cum enim Pontifex in casibus intricioribus, qui ad negotia ciuilia et bellica pertinebant, pectorali ornatus, divinas responsiones suppeditare deberet, quæ neque ex lege nec euangelio deduci poterant, maxime ab hisce solutionibus diuersa; qua ratione proin aliiquid conferre potuerint ad diluendas ortas questiones, nos non perspicere confitemur. Ceterum quæ protulit argumenta, praterimus; cum destrutto fundamento sponte probabantur: et non multum iis confidat A, semper adiiciens, se conjecturam tantum exornare. conf. cap. XXXVI. thes. II. p. 328.

§. XII.

Supereft adhuc expendenda illa sententia, quam omnium maxime verosimilem dixit Vir, optime de sacra philologia meritus, *Ioan. Christ. Wolffius*. Producit eam in notis, quibus *Lundium* illustravit p. m. 494. not. 9. praेentes securus, immortalitati nominis fama dicatos, *Dannbauerum*, *Edzardum*, *Lightfootum*, maxime vero *Humphr. Prideaux* in *Connexione Veteris et Noui Testamenti*. Adhirit autem, postquam ad p. 492. sub finem notæ 7 fassus erat, se, quid per Vrim et Thummim intelligeretur, ignorare, 1) immediate Deum respondisse ad propositas sibi questiones; et factum id esse 2) voce distincta; 3) non omnibus quidem, summo tamen sacerdoti, intelligibili. In multis cum viro beato consentimus, præprimis in eo, quod responsa a Deo immediate sint profecta; sed superflua, dubiis exposita, rescindimus, et ipsis licetris insistimus. Minus quoque fundata nobis videntur, quæ

Wolffii opinio subuenitur.

D

de

de voce Dei distincta proferuntur. Etenim i) euoluamus omnia sacræ scripture loca, vbi oracula per Vrim et Thummim edita extant, nullibi vocis cuiusdam distinctæ, s. soni voces articulatas complectentis, indubitatem esse factam mentionem reperiemus. Ex verbis enim: *dixit et respondit dominus*, ad quæ prouocant sententiæ huius patroni, non necessario fluit, vocem quandam externam distinctam, a consulente auditam esse. Neminem enim temere fugit, voces dicere et respondere, de alloquii diuinis adhibitas sæpe sèpius tum internum, tum externum alloquium significare. De Saule *i Sam. XXVIII*, v. 6. legimus, *Dominum ipsi non respondisse, nec per somnia, nec per luces, nec per prophetas.* Tantum abest, vt hic locus ipsis faueat, vt potius alia omnia insinuet. Quis enim sibi singat, in somnio constitutos, alloquio diuino, externos sensus feriente, fuisse gauios; cum sciamus, eo in statu Deum in somniantium phantasiam operatum esse, et sub imaginibus, quæ seire intererat, representataſe? *to respondere ergo h. l. idem est, ac aperire, reuelare.* Prophetis quidem Deus aliis enuntianda suggestit; voces tamen externe prolatas raro adhibuit. Et qua, quæſo, ratione aliquis ex phrasí: *Deus respondit per Vrim*, exculpere poterit; Deum externo alloquio aliquem adfecisse? Multo e contrario clariora sunt, quando dicimus, Deum scitu necessaria interna illuminatione reueclasse. Verum quidem est *i Sam. XXX*, 7. 8. et *2 Sam. XXI* extare, *dixisse Iehouam*, a sacerdote summo interrogatum, ad Dauidem; sed obuium est quoque, ex locis accurate inspectis, hæc Iehouam non immediate dixisse Dauidi, sed vsum esse lacerdote, pectorali induito, responsionem divinam ipsi referente; et hoc euicto, adhuc dum queritur; vtrum Iehouah externe, an interne ipsum adlocutus sit? Unde facile constat, ex his nihil quidquam probari posse. II) Numis infirmum nobis videtur, quando *Prideaux*, cuius verbis *Wolffius* insistit, ad *Iof. IX*, 14. prouocat, vbi Israëlitæ culpantur, *quod os Iehouæ non interrogauerint*; quæ locutio ipsi sonoram responsionem perfecte et omnino mode significare videatur? Sed profecto nihil minus. Neminem enim prætereire

nre potest, os aliquando de *mandato* valere, atque Deo, per
invicem tributum, nihil aliud significare posse. Alias
multa Deo adscribenda essent, cum summis illius perfectioni-
bus aperte pugnantia, ne exclusis quidem humani corporis
membris; immo hoc etiam posito, nondum determinatum
est, vtrum Deus externe vocibus vsus sit, an menti refe-
rentis tantum inspirauerit. III) Eadem facilitate explodi po-
test illud argumentum, quod a sanctissimo, דבָרִי vocato, de-
sumitur. Quamvis enim certum sit, Deum, ex columna, in
qua gratiose praesens erat, externe distinque locutum esse:
inde tamen ad reuelationes, adhibito pectorali imperatis,
nulla valet consequentia. Plura enim loca docent, pontificem
pectorali iadutum, sapissime oracula retulisse, ut vt ab adyto
longissime remotus esset. Et IV) sufficere vtiique poterat
summo sacerdoti interna quædam reuelatio, questionis obla-
tæ enodationem continens. Quod enim fieri poterat per
pauca, non debebat fieri per plura; dummodo reuelatio re-
rum cognitu necessariorum obtingeret: et hinc non opus erat
externa elocutione. Idque eo magis, quia sententiae huius
seclatores concedunt, vocem ita fuisse comparatam, ut ne-
mini adstantium, nisi soli sacerdoti, beneplacitum Dei ex-
ploranti, fuerit perspicua, aut intelligibilis. Cui usui fuisset
vox, cuius indolem nemo alias perspiciebat, nisi querens;
qui tamen ea non indigebat, mentis illuminatione ei conces-
sa? Vltimo loco V) ad infirmandum Wolffii opinionem addi-
mus, in iis locis, quæ de introducendis Vrim et Thummim
agunt, nunquam vocem aliquam externe audiendam promit-
ti, sed dici potius, ea futura esse אַחֲרֵן super corde Aba-
ronis conf. Ex. XXIX, v. 29. 30. Quemeumque autem admis-
seris vocum significatum; Wolffio tamen repugnante videbis.
Id vero nunc latius non prosequemur, quia inferius sectione
II. opportinior, de vera significatione vocabuli בְּ h.l. admit-
tenda, dicendi recurret occasio. Verum pedem hic figimus,
non amplius progressuri, in oppugnando Wolffio, viro immor-
taliter

taliter de sacro codice, et omnibus quibus sacra Philologia est in deliciis, bene merito.

§. XIII.

Guffetii opinio discutitur.

Antequam tamen diiudicationi finem imponamus, sententiarum indolem τῷ Vrim et Thummim respicientium; vel verbum aliquod de Guffetio addemus, qui comment. L. E. p.m. 1727. sq. cum aliis compluribus existimat; de Vrim et Thummim quidem, quid significauerint, successu nullo quæri; interim tamen ipsi probabile videri, Deum voluisse, ut ipse voces וְתַחֲנֵן וְתִהְרֵן pectorali inscriberentur. Verum enim vero quamvis hæc sententia paullisper probabilior videatur, quam illa Cabalistarum, qua sibi aliquis persuadere conantur; nomen sanctissimum יְהוָה lapidibus incisum ac Mosi traditum fuisse, ut pectorali infereret; consensum tamen non meretur; quia voci יְהוָה significatus, scribendi scilicet, adsingitur, qui tamen nullo loco totius codicis suffulcit. Et sane, hoc si Deus sibi voluisse; tunc vel notissimo nomine קָדְבָּה vel פָּתָח fuisse usus, cuius deriuatum in ipso

Exodi XXVIII. capite, occurrit, ubi sedes huius tractationis reperitur. Ut iam nihil addamus de difficultate illa, quæ oritur, si vel ad finem, vel ad effectus, excipientes luminum coniunctionem cum pectorali, respicere voluerimus. Sed ad finem meditationis properandum; relinquimus proin aliorum opiniones, et ad veram producendam nos accingimus.

SECTIO II.
VERAMDE
VRIM ET THUMMIM
SENTENTIAM SISTENS.

§. XIV.

Introductio ad sequentia recentiores sententias. Examinauimus huc usque partim præstantiores, partim perandis

perandis pressas vidimus. Tentabimus nos quoque ingenii nostri vires, num hisce tenebris aliquid lucis scenerari queamus. Proferemus opinionem, sese facilitate sua ac conuenientia cum aliis cognitis veritatibus, veri amatoribus commen- daturam. Veneramur tamen hac in re Praesidis gravissimi amorem et industriam, cuius ex ore veritates philologicas dulce fluentes, hausimus: ipse eam proposuit in praelectionibus publicis; mihi mirum in modum arrisit: illustrandam itaque eam suscipio, subsidiis illius suffultus.

§. XV.

Sed angustioribus limitibus circumscripti cum simus, Sententia imaginem, cuius ymbram tantum delineamus, lectoris iudicio ipsa professa exhibere hic possumus. Mens autem nostra est; Vrim et tur. Thummim designare non nisi revelationes diuinias, quæ soli menti Pontificis indebantur, quando Deum in re dubia, scuti reliquis vestibus pontificalibus, ita in primis pectorali induitus, consulebat. Simplicissima est hæc explicatio; folis S.S. effatis, corumque legitimæ collationi insistimus: materiam omnem remouemus, discriminè etiam, quod inter lapides et luges perfectissimas obseruandum, posito. Sola nobis sufficit mentis illuminatio, Pontifici consulenti diuinitus facta; induitus pectorali si coram Deo apparuerit.

§. XVI.

Ne autem quis sententiam ex ingenio nostro promanasse arbitretur, prouocamus ad locum maxime illustrem Exodi 28, 30. XXVIII, v. 30. in quo fundatam eam credimus. Quod si enim hunc locum pro nobis facientem habuerimus; reliqua dicta, de Vrim et Thummim agentia, nobis non erunt contraria, vel iisdem verbis expressa, vel quoad sensum a nostro minime abludentia. Dabimus itaque eius versionem, ex qua mens pateat nostra; datam autem, quoad eius possibiliterem, et veritatem, probabimus. Vertimus autem sequenti modo: *Insuper constitues, insitores, ordinabis, una cum pectorali iudicii, perfectissimas revelationes, ut sint ille, 1. que erunt in ani-*

mo, seu intellectu Abaronis, quando venerit ille, in re dubia consulturus, in conspectum Iehouæ: feret enim in animo suo, Abaron, i. e. curæ suæ concretam esse putet, tuebitur, forebit, causam filiorum Israëlis in conspectu Iehouæ, s. coram Iehouæ perenniter s. quotiescumque de re ardua quærendi occasio subnata fuerit. Animus quidem erat datam versionem ampliori illustrandi paraphrasî, quæ forte residua adhuc obscuritatis cuiusdam vestigia e medio tolleret: sed adiectam germanicam versionem vices paraphraseos sustinere posse, speramus. Adiicimus proin eandem, vt eo ipso opinioni lux quædam accendatur. So sollst du auch bey oder nebst dem Brust-Schildlein des Rechts die vollkommensten Offenbarungen, (Auflösungen zweifelhafter Sachen) veranstalten, als welche der Seele des Abarons obschweben werden, wenn er vor dem Herrn, (um ihn zu fragen,) kommen wird: denn Abaron soll die zweifelhaften Sachen der Kinder Israël unausgesetzt, beständig, vor dem Herrn besorgen, oder auf seinem Hertzen tragen.

§. XVII.

Voces singulae dicti encleantruntur. Explicuimus mentem nostram; probatio iam accedat necesse est. Probabimus eam I) *qua possibiliterat*, ne sermone de re, cuius conceptus est impossibilis, instituere videamur. Inuestigabimus proin ipsa textus verba, et vt ordine hic procedamus; notamus 1) *institutionem ipsam των Vrim et Thummim*, qua in priori huius versiculi membro occurrit, quod extenditur usque ad Atnachum. Vocem **תְּרוֹם** dum vertimus: *insuper institues, ordinabis; nihil insolitus molimur.* Neminem enim fugit a) prefixum **των**, iuxta *interpretis Dantii* §. 149, omnes coniunctionum species amplitudine significationis suæ perungari; atque etiam inter continuativas pertinere, et hinc percommode *præterea, insuper, porro, postea, denique*, verti posse. Num. V, 23. 1 Sam. XXVIII, 19. II. Reg. IV, 35. Ps. LXXII, 19. 18. Zach. II, 5. cap. IV, ii. Et concedamus, locum hic habere coniunctionis significatum est: nil inde contra nos effici poterit; Deus enim l. c. pergit in instructione Mosi data, cuius locus noster pars est. b) radicem

dicem **יְהוָה** quod attinet, iam opportune *Gussetius* monuit in Comment. L. E. eam generatim notare, dare; hanc vero significacionem, ut est primaria, ita variare pluribus concipiendi modis, quos tum additamenta verborum, tum circumstantiae rerum monstrarent, atque innuerent. Et hinc sane mirum non est, quod etiam *institutionis*, *constitutionis*, et *ordinacionis* notio ipsi tribui possit. Hanc vero vocis notionem cum consuetudine S. S. conuenire, ex locorum inductione patet. conf. *Leu.* XXVI, v. 46. *Iof.* XVII, v. 13. *Ef.* LV, 4. 2 *Paral.* XXXIV, 16. Vide hic etiam *Danzii interp.* §. 75. *Glossius* aliis adhuc illustrat hunc significatum exemplis in *Philol.* Lib. III, Tr. III. *Can.* XV. Not. Locus quoque maxime illustris est *Prou.* IX, v. 9. vbi extant verba: **יְהוָה**, *da sapienti*, *et sapient amplius* adiectis simul verbis hisce epexegeticis: **עַמּוֹת** *fac notam iusto* &c. Confirmat idem auctor adsumptum significatum exemplis profanorum scriptorum, Græcorum et Latinorum. Quin immo *constituendi* significatus etiam ipso in N. T. extat. *Eph.* IV, v. 11. **καὶ ὑπότος εἰσερχεται**, **ταῖς μεν ἀποστάλεις** &c. Ex his sufficienter patere confidimus, nouam vocis **יְהוָה** nos non fixile significacionem; sed virtutam tantum magis illustrasse et ad hunc locum applicuisse.

§. XVIII.

Pergimus ad voces *Vrim* et *Thummim* explicandas. Hic *Vocumenu-*
adeslet occasio, mentem nostram dulcissima imbuendi medi-*cleatio conti-*
tatione; sed breuiores sumus, cum omnes fere, *vocum no-*
tiones satis fixerint. Monemus tantum, 1) sine omni erroris:
periculo Vrim de patefactionibus diuinis capi posse; partim
quia ipsum verbum יְהוָה in hoc metaphorico significatu occurrit *Ef.* LX, v. 1. *Iob.* XXXIII, 30. *Cob.* VIII, 1. partim *quia ipsa vox יְהוָה*, *qua vero cum nostro יְהוָה fere coincidit*, ita occurrit. *Pf.* XXXVI, 10. *Pf.* CIX, v. 105. *Prou.* VI, v. 23. *Ef.* II, v. 5. Consentit nobiscum h. l. *Samaritanus*, vt pote: qui ad eundem modum vertit: *elucidationes et perfectiones*; quemadmodum *Amama* per *illuminationes et perfectiones*, et *Aquila* per
Φωτισ-

Φωτισμές καὶ τελεωσίες reddiderunt. A quibus non multum fortassis absunt ὁ LXX, qui δηλωτινούς αληθείαν habent. *Thummim* vero 2) cum alio substantiōe connexum, per ἐν διαδοὺν, cuius innumera exstant exempla, adiectiue exponimus, ita ut, his admissis, prodeant *perfectissime revelationes*: sicuti *Io. I. 17.* dicitur, per *Christum* nobis obtigisse, χάριν, ηγιαληθείαν i.e. verissimam, neque amplius umbris typicis inuolutam, gratiam. Hinc quoque vox *Vrim* aliquando sola legitur, omisso *Thummim*. *Num. XXVII, v. 21.* *I Sam. XXVIII, 6.* conf. *Gloss Phil. sacr. Lib. III. Tr. I. cap. VI.* Addendum est aliquid de particula נ, quam una cum vertimus; multo-
ties enim *adiunctum aliquius rei, aliquid, quod circa aliquam rem ordinatur*, significat. Hic quoque *Gassetii* regula supra data applicari posse videtur, si particularum Ebraicarum indolem et naturam proprius perspexerimus; primariam scilicet eorum significationem variare pluribus concipiendi modis, ex verborum additamentis et rerum circumstantiis determinandis. Sed nec desunt exempla, significationem adsumtam confirmantia. *Thren. III, v. 41.* hæc leguntur verba; *attollamus cor nostrum* נִזְכָּר אֶל נָאuna cum manibus nostris. conf. *Ezech. XLVIII, 20.* *Ezech. XVI, 26.* *Gen. XLII, v. 28. v. Noldii Concord. Partic. Ebr. Chald. sub נ, Danzii interpr. Synops. c. IV.*

§. 134. p. m. 168. Et quis erroris nos coarguat, si positam h. l. particulam pro sibi cognata נ crederemus; aut per vertemus, cuius multa extant exempla? vtrumque enim nobis favet. De hac autem institutione, s. ordinatione των Vrim et Thummim dicitur, ea eo modo esse instituenda, ut sint, s. *qua sint in intellectu Aharonis &c.* Hic α) aliquid monendum est de נ, quod vel per vt, vel relatiue que vertimus. Vtrumque explicationi nostræ efficiendæ inferunt; vtriusque quoque indubia dantur exempla. De τι per vt explicando supra iam quædam adduximus; addimus hic tantum loca quædam illustriora. *Gen. VI, v. 21.* *Num. XXIII, 19.* *I Sam. XI, v. 12.* *Job. XIII, v. 13.* *Ruth II, v. 16.* c. IV, 4. 10. Sicuti ad eundem mo-
dum

dum Græcorum *νοῦ* sèpius quoque in N. T. ita adhibetur.
Matth. V, 15. *Rom.* XI, v. 35. vide plura in laudatis *Noldii concordantia*. De autem *relative* explicando, conf. *Ruth.* III, v. 16. *I Sam.* XVII, 42. *I Reg.* VII, 7. *Esa.* XXIII, 17. *Mal.* III, 1. *Prou.* XI, 22. *Iob.* XIX, v. 25. cetero. β) docendum etiam est, vocabulum *בַּל de anima*, et nominatum de *intellectu*, capi in facris. Et hæc quidem significatio non solum patet, ex superflite apud Ebraeos radice, *בַּל*, *animum addidit*, conf. *Optii Lex. ad b. v.* et *Buxtorfius in Lexico Rabbin.* c. 1116. sq. sed frequentiori etiam sacerorum scriptorum vñ corroboratur. *Ex. IV.* v. 21. *cor induisse* Pharaonem legimus; quo nihil aliud intelligitur, quam intellectum ipsius obfuscatum voluntatem ab ipso dependentem determinasse, ut Deo resisteret. *Ex. XXIX.* v. 3. adducuntur *בְּלִרְבָּנָה לְבָנָה* *כל־חֲכָמָה לְבָנָה omnes sapientes corde*

Dan. VII, v. 28. *Prou.* II, v. 10. *Pf.* XXXVII, 31. *Esa.* LI, 7. vid. *Flacii Clavis Scr. s. Part.* I. col. 176. *Glossi Philol. sacr. Lib.* V. *Traß. I.* cap. III. p. m. 1420. Speciatim de *intellectu* occurrit. *Ex. XXXI.* 6. c. XXXV, 10. c. XXXVI, 1. *Pf.* XIV, 1. *Prou.* III, 3. c. VIII, 5. *Coh.* I, 16.

2) Attendimus ad ulteriorem rei declarationem, in altero textus nostri hemistichio prolatam: *feret enim Abaron in animo suo caussam filiorum Israëlis*, f. tuebitur, fouebit, sibi eam esse concreditam putabit, *in conspectu Iehouæ*, f. coram Iehouâ, pereniter. Duo hic nobis ad sententiae nostræ possibilitatem ostendendam, efficienda sunt. a) Figendum significatus vocis *cause* quem rem, *caussam* hic esse, tradimus. b) Inuestigandum in radicem *אָבָרֹן*, cui notionem *re iuiri, fouere, curam gerere addimus*. Vocem vero *mischpat* iure, et sacrae linguae genio conuenienter, de *caussa* posse exponi, pater ex locis *Num.* XXVII, 5. vbi dicitur, Mosen obtulisse Deo *תְּלֵוָת* (filiarum Zelophchat); quid autem contextui conuenientius, quam per *caussam*, *rem*, *petitionem* f. *Item* alicuius exprimere? *Ier.* V, v. 28. *Iobi* XIII, 18. c. XXIII, 4. *Ier.* XXX,

18. Quibus omnibus locis vis inferenda esset, si meram *indicti* notionem ex illis exculpere vellemus. Optime præterea consentit haec versio cum effectu, quem scimus comitem fuisse, qui erat causæ seu rei prolatio a sacerdote facta. Periculum enim si forte immineret aliquid, Israëlitæ ad sacerdotem confugiebant, precibus expertentes, rem suam periculo subiectam Deo de optimo commendaret, et auxilium illius efflagitaret. Quod vero attinet ad phrasin, qua dicitur; *ferre causam super corde s. in animo suo*; eam recte verti posse per tueri, sibi concreditam, *sueque curæ commissam habere aliquam rem*; facile patet; 1) ex phrasi simili; *ponere verba Dei super cor suum* Deut. XI, 18. Leges a Deo latas ut semper oculis suis obuersantes haberent, his admonentur Israëlitæ; cordi suo quasi inscriptas gererent, verba ac voluntatem Dei iis retectam curæ cordique haberent, semper sollicite cogitantes, ut illis ad suam felicitatem pro viribus satisfacerent. Si autem hoc certum est, ut nulli dubitamus; quis dubitare potest, *ferre aliquid super corde suo*, eodem sensu? qui enim aliquid fert, impositum sibi idem illud habet. Dein 2) ipsa radix נָשׁוּן, in primis cum adiecta particula נְשׁוּן, notione *tuerendi, fouendi, curandi* legitur. Breuitatis causa quædam tantum adducemus loca, hunc significatum euincientia. Consule igitur Ps. XVI, 4. vbi generis humani redemptor dicit, *se non esse latrum labiis suis nomen se spernentium*. Quid autem hoc aliud sibi vult, quam, *se curam eorum non esse getaturum, se ipsos in iudicio sanguinis sui merito non esse tuturum, protecturum.* col. Exod. XIX, 4. Psalm. XCI, v. 12. Etiam sine נָשׁוּן reperimus exempla, hanc radicis נָשׁוּן notionem probantia: Deut. I, v. 31. Esa. XLVI, 3. Ipsi Germani hac loquendi formula vtuntur: curam alicuius rei si quis gerit, dici consuetudo iussit; eum aliquid *super, vel in corde suo ferre*, portare; *er trage etwas auf und in seinem Hertzen und Gemüthe*: Et Græci quoque non multum ab eodem genere dicendi quoad vocem Φέρειν, abludere videntur. Eb. I, 3. Φέρειν τὰ πάντα τῷ ὄμματι τῆς δυνάμεως αὐτῷ. Verum filum hic rescindimus

dimus, ne opusculum nimis excrescat; dolemus hasce amoenas esse interrumpendas meditationes.

§. XIX.

Sed nobis nunc eo elaborandum est, vt II) probemus, Probatio sententiae 1) ex nostram explicationem, quantumuis possibilem, etiam admittere. Res vero oannis suspensa est a vera acceptione ipsis verbis vocum *Vrim* et *Thummim*. Quodsi enim euicerimus, has voces reuelationem, pontifici suggestam, extra pectorale, eiusque gemmas significare; tum totam rem consecimus, atque prono fluit deinceps alveo, reliqua textus verba dicto a nobis modo esse explicanda. Nostram vero sententiam *veram esse*, patet i) ex vocibus *Vrim* et *Thummim*, quibus Moses vsus est. Ita enim argumentatur A) אֶת־וְרִימָה h.l. vel occurunt proprie, vel metaphorice. Si proprie; tum רֵמָה non nisi *lucem*, et per metonymiam *ignem* denotat. Si igitur propria h.l. obtinere debet significatio: tum ostendi debet, vel partem constitutivam, vel partem accidentalem et separabilem pectoralis extitisse, quæ lucem vel ignem s.lucidum vel ignitum aliquid exhibuerit. At enim vero hic nihil in mentem venire potest, nisi vel lapides pretiosi, vel quædam imagunculæ, luce splendentes, pectorali aut adnexo pectoralis marsupio additæ. Cum autem i) de lapidibus iam in antecedentibus actum sit, et v. 30. iis iam commemoratis adiciatur; *insuper aabuc ad pectorale das*bis; multisque supra iam verum discriben inter lapides et *Vrim* ostenderimus; ac quæ 2) de imagunculis dicuntur, ad mera figura redant: consequens est, vt significatus proprius hic exulet. Quia vero improprius nihil nisi reuelationem significat; Ergo non potest non h.l. vox *Vrim* de reuelationibus exponi. B) Has reuelationes Deus promulgavit אל'יחשׁן: quod aut ita capiendum, vt in ipso pectorali, ciusque partibus vel essentialibus vel accidentalibus se aliquid prodiderit, ex quo de reuelationibus Dei constare poterat; aut ita est accipiendum, vt, occasione pectoralis, sub conditio-

ne vsus eiusdem, reuelationes obtigerint pontifici. Prius vel ad absurdia Iudeorum deliramenta, de gemmis, aut nominibus in gemmis aut litteris quibusdam peculiari splendore perfusis; vel ad Spencerianas, aut similes nugas recurrit; E. supereft posterius: admitti scilicet debet, pontificis animum, de aliquo negotio sciscitantem, luce diuina fuisse colluстрatum, quando pectorali indutus comparebat coram Domino.

§. XX.

2) ex locis
scripturae, re-
velationem
pectorali tri-
buentibus.

Probamus nostram sententiam 2) ex iis S. S. dictis, in quibus vsus pectoralis vi τῷ Vrim in communicandis reuelationibus ponitur. Quodsi vere se ita habet; vox *Vrim* autem *reuelationes* denotet in pectoralis negotio, per num. B (§. 19): extra controversiam censendum est constitutum esse, *Vrim* in iis locis, ubique occurrit, letores de ipsissimo illo vnu, quem ex pectorali, Deum consulturi per Pontificem, percipere possent, monere; nemoque amplius dubitare potest, scriptorem s. vocem τῷ *Vrim* ad illum ipsum vsum designandum adhibuisse. Nostrum nunc esset, plura id effectura excitare dicta; verum ad finem tendentes, quædam tantum producemus. Pertinet huc 1) locus Num. XXVII, 21. qui præcipit, vt Deus *bemischat baurim* consulatur. Pertinent huc 2) illa loca, vbi Deus, pectorali in vsum vocato, reuera consultus esse legitur. Prouocamus, obscurioribus omisis, ad *Iud.* XX, v. 18. 23, in primis v. 28. item ad 1 *Sam.* XXII, 13. sqq. 1 *Sam.* XXIII, 2. 9. sq. vbi quidem *Ephodi* sit mentio; scimus tamen, pectorale cum Ephodo arctissime connexum fuisse, adeoque vnum pro altero poni posse. Addimus 1 *Sam.* XXX, 7. 2 *Sam.* II, 1. c. V, 19. 23. 24. 3) Adnotari merentur ea, vbi atate *Iosue* Israëlitæ culpantur, quod *os domini*: i.e. oracula diuina, voluntatem Dei declarantia, non interrogaverint. Quod vnicce, proxime saltim, de responsis intelligendum, que exhibito pectorali obtinebantur. vid. *Ios.* IX, 14. coll. *Num.* XXVII, 21. 4) Neque minus attentione dignum est, legi 1 *Sam.* XXVIII, v. 6. Saulem, Deum consulentem nec per *Vrim* responcionem accepisse. Si itaque Saul per *Vrim*, vt et reliqua reuelationis media, quæsivit; sequitur,

moris

moris tunc fuisse, et praecepti a maioribus accepti, ut hac ratione consuleretur Deus. 5) Accedit, quod Deus, quando minatur, Israëlitas sibi solis esse relinquendos, ab omni oraculo diuino vacuos, inter alia mentionem faciat 58 Ephod, s. pectoralis Hof. III, 4. Qui, quæso, hoc fieri potuisset, nisi eius usus in Dei voluntate percontanda fuisse? Quibus omnibus æqua animi lance ponderatis, vix ad sensum merebitur. cel. Io. Ioach. Schräderus, qui, dum in differ. de Vrim et Thymim, per Vrim et Thymim geminas intelligi defendit, lectoribus suis persuadere conatur §. 71. p. 128. §. 78. p. 144. ab instituta republica, usque ad eius subversionem nunquam ex Vrim oraculum quæsumum datumue fuisse. Mirandumque non est, ipsum ad contortas locorum biblicorum explicaciones confugisse; quas tamen dijudicare loci non est huius; sufficiat, nos demonstrâsse ex effatis adductis vere per Vrim oracula fuisse edita. Et haec hiulcæ interpretationes nostræ sententiae bonam caussam testantur, eidemque insigne robur addunt.

§. XXI.

Porro 3) argumentum petimus ex denominatione illa, 3) ex deno-
qua vocatur *choschen hammischpat*, quod plures factum est.
Ex. XXVIII. Cum nupsiā, sive de vestibus pontificalibus
coniunctim sumtis, sive de veste aliqua sigillatim spectata, vox
mischnpat adhibita sit: sequitur, ut peculiaris adsit ratio, qua-
re haec vestimentorum species potius, quam alia quævis, hoc
additamento condecoretur. Sed qui coquenientius hoc insi-
gniri potest, quam eo, quem declaravimus, modo; quo sta-
tuimus, Deum hoc pectorali ornato pontifici, caussis Israë-
litarum ad se prius delatis, quid iuris, quid faciendum sit,
reuelasse?

§. XXII.

Nostra 4) sententia ex eo egregie confirmatur, quod 4) ex faciliori
nullus in s. codice locus, de Vrim et Thymim agens, ob
vius sit, qui secundum eam non bene et feliciter explicari
possit; cum e contrario, substratis aliorum cogitatis, non
nisi dura et difficilia concoctu compareant. Id ex locis in an-

ti aliorum de
Vrim et
Thymim
locorum ex-
plicatione.

38 Sec^{tio} II. Veram de Vrim et Thummim sententiam sistens.

teced. iam prolatis, et aliis, sicuti forte extant, intelliguntur.

§. XXIII.

Epilogus.

Breuiissime, quantum quidem fieri potuit, sententiam nostram protulimus, argumentis, ut confidimus, fundatam sat solidis; omisis alii æque pro illa confirmanda ac illustranda facientibus. Nil enim diximus de sapientia Dei, ex hoc voluntatis reuelationis modo, maxime conspicua; de antitypo Christo, vero patris Λογῳ, viam salutis aperiente optimo, hac immediata illuminatione, repræsentato. *Siracide* c. XLV, 13. rerum suę gentis gnarum inter gemmas pectoralis et Vrim distinguentem, silentio inuoluimus; Præterius testimonia Iosephi, aliorumque adfirmantium, Nebemia et Ezra adstipulantibus, adfuisse quidem, post Dauidis tempora et captiuitatem babyloniam, omnes vestes sacerdotales, et per consequens pectorale quoque vna cum geminis, sed defuisse Vrim, s. reuelationes mediante illo obtainendas. Alia quoque nobis adfluenta, e. c. consensum eruditorum rescidimus, consulto; sperantes, nos, fauente numine supremo, magis exercitatos pluribusque subsidiis instructos, hancce nostram explicationem esse illustraturos, ac confirmaturos. Præmisimus hec ad aliorum iudicia pernoscenda; quæ, si nos magis accenderint, calcaria deinceps addent, ad denuo exacte eandem maiori luci exponendam. Deo interea gratias fundimus, qui vires concessit, in hac conficienda opella; eundem deinde simul implorantes, spiritus s. luce illustrare nos velit, vt reliquum stadium Academicum in nominis supremi gloriam et nostram salutem, percurrere queamus.

F I N I S.

PRAB-

E 3

PRÆSTANTISSIMO NOBILISSIMOQUE
DN. RESPONDENTI AVCTORI
S. P. D.
P R A E S E S.

Noui homines, qui opinantur, se Logicæ Metaphysicæque
præceptis utcumque tinclos, recta grammari via posse ad
Theologiae adiuta, ita, vi non solum limina illius salu-
re, verum etiam omnia ipsius arcana in clara luce collocare possint;
nihil interea cogitantes de fontibus, sibi recludendis, et philolo-
giae sacræ studio excolendo. Sed quam parum idonei illi sint,
qui alienis oculis fidere, et versiones aberrationibus refertas fe-
ctari coguntur, ad veritates cælestes cum apodixi docendas, ad
eas fortiter defendendas, atque ad legitimum usum transferen-
das; æquum rerum estimatorem latere potest neminem. Tu,
præstantissime Dissertationis auctor, longe aliam agendi ini-
ssi rationem. Etenim ex quo in hanc musarum sedem, ingenio
ad altiora nato, studiisque, que ab humanitate nomen habent,
probe perpolito, concessisti, omnem mouisti quidem, quod lau-
dem virique meretur, lapidem, ut cunctas philosophiae partes
ea, qua decebat, diligentia peragrares; sed his non contentus,
probe memor, Theologum in scripturis nasci, ulterius es pro-
gressus, omnique virium conatu in linguis, quas originales va-
camus, incubuisti, ut eas, quantum fieri posset, in Tuam po-
testatem, ad oracula Dei rectius enodanda, redigeres. Cum
itaque ista, que futuro Theologo optima præsidia præstant,
et que auxiliatrices manus porrigit, non infeliciter separaueris,
sed summo studio coniunxeris, et, his quotidie occupatus, scho-
las theologicas frequentanteris: quid mirum, si profectus omni-

no laudabiles, Tibi aliisque inferuituros, et Preceptoribus gra-
tos, adquisueris? Quos, sicuti hic usque in professorum au-
ditorii et templis, tum disputando tum orationes sacras haben-
do, demonstrasti; ita recte facis, quod eodem publice, edito
aliquo specimine, omnibus singulis iam approbes. Selegisti eum in
finem argumentum aliquod grauissimi momenti, cuius ignoran-
tia ipsi Iudei, inter quos tamen Vnum et Thummim vigue-
runt, tenetur, quod plurium Christi civium ingenia exercuit,
quod infinita fere scripta peperit, quod denique quoad singulas
circumstantias vix unquam excuti poterit. Laborem vero
Tuum ita distribuisti, ut sectione priore varias variorum sen-
tentias examinaveris, easque, virtutis earum in lucem protractis,
reiceris; posteriori mentem, qua Tibi sedet, explicueris, no-
vamque explicationem loci Exodi XXVIII, 30. communicaueris
cum lectoribus. Quamvis breuitati studendum Tibi fuerit, ni-
bilominus omnia singulaque et distincte, et ordine, et solide,
probabiliter saltim, persecutus es; ita ut iure sperem, scriptum
Tuum, in primis a viro maxime iuvene confectum, neque Patronis,
qui Te complectuntur favore suo, neque eruditis, ex aequo
iudicantibus, displiciturum. Nullus praeterea dubito, Te ea-
dem dexteritate, qua disputationem conscripsisti, eam quoque
adversus insultus Doctissimorum Opponentium esse defensurum, ita
ut meo auxilio vix opus habeas. Ceterum Tibi ex animo gratulor
curriculum academicum feliciter mox finiendam, gratulor exi-
mios in philosophia, philologia sacra et Theologia progressus, ac
doceo elaboratum gratulor specimen; Deum precatus, ut Te
gratia prosequatur sua, quo indies magis magisque in ipsis
gloriam abundantius promovendam excrescere, deque aliis opti-
me in posterum mereri queas. Vale, me ama, meaque officia
Tibi promitte! Dabam in Regia Fridericana d. 3. Ianuar.
MDCCLIII.

HONO-

HONORATISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

RESPONDENTI

S. D.

GE. FRID. MEIER.

Non deero hodie amicitiae nostrae mutuae, HONORATISSIME RESPONDENS, nec ultimus ero eorum, qui ex animi sententia TIBI gratulantur. Ex quo tempore in novitiam meam pervenisti, ex eo ipso tempore TE non nisi assiduum et sagacem philosophiae aliarumque litterarum bonarum cultorem novi, nec talem novitiam tantum, sed etiam impense amavi. Amavi nimisrum ingenium TVVM vegetum, indeolemque eretum. Amavi diligentiam TVAM morumque suavitatem, atque insigne studium bonis viris non serviliter placendi. Sed quum vel solam adulatio[n]is speciem ex animo abhorream, non copiosius laudes TVAS enarrabo. Ver[e] amicitia vel tribus tantum verbis animi sensa exprimentibus satisficeri potest. Sapius iam commilitonibus nostris eruditio[n]em TVAM egregie adprobasti, et in solemni conflicitu TE ipso non minorem TE prestatabis. Quare nihil amplius restat quam ut TIBI quævis fausta ad precer. Perge modo, AMICE ÆSTIVMATISSIME, et mentem TVAM amplius veritatibus instrue, non tantum ad acuendum ulterius ingenium, sed etiam ad elevandum pedestris, et ad quovis modo recte agendum. Sic recipies veritatum etiam philosophicarum uberrimos fructus, bene mereberis de patria, viresque DEO et TIBI ipsi. Quod reliquum est, ama me in posterum quemadmodum me hucusque amasti, ego id agam, ut hanc indignum ames. Vale. Dedi in Fridericiana d. 1. Ian.

1753.

F

DOCTIS-

OMNIBUS
DOCTISSIMO DOMINO
RESPONDENTI,
ERUDITAE HAVIS DISSERTATIONIS AVCTORI,

S. D. P.

I. A. E. GOEZE,

S. S. Th. Cand.

Semper TE, Amice dignissime, sincero animi affectu colui. Semper TVI amoris mutui documenta nube comprobata sunt. Quoties vitae, in Academia transactae, memoriam recolere libet; toties suauissima TVA conuersatio, nostrorumque studiorum copulatio, mentem subit, mulcet, cibillat. Halae recordatio est et TVI nominis, TVAEque amicitiae, pectori meo altissime infixa repetitio. Nulla forte dies praeterlabitur, quin Praeceptorum excellentissimorum, quorum scelobs olim adire integrum fuit, favorem, studium ac pietatem animo meo commendet, grataeque religionis leges sanctissimas viuis depingat coloribus. Quarum idearum representatione vel ad TE ducor. TE in frequentandis scelobis semper comitem habui. TVA confuentidine inter priuatos parietes delectatus fui. TVVM ingenium, TVAM eruditio-
nem, complurium TVAE aetas dotes separantem, ut nouissimi, condigne admiratus sum. Nuntius proinde, TE publice in arenam disputatoriam proditurum, haud venit mihi inopinatus, neque inexpectatus. Iam vero TE ut audacem Athletam in palestra diradientem conspicio. Monte praecedit viciorium, eximia laude inde reportatam. In fine gaudeo, dum Auditorum plausus communisecor. Tacita voluptate perfundor, cum de cathedra TE coronatum discedere cogito. Non inania loquor. Non sumum ventunquam vendere animus est. Noui vites TVAS. Insignis TVAE eruditonis apparatus exploratum habeo. Nec una vice ingenii TVI pharctram contemplatus fui. Hinc depones tela ad retardandos aduersariorum insultus. Non fingo tela; sed experientia verbis hisce omnibus fidem faciet. Concede igitur, Amicorum dulcissime, condescende locum, ex quo honoris et gloriae lux TIBI iamnam adfulget. Descende laudator, gloriator, ornator; victoria, palma, corona enitescens! Mea perdoleo fata, quod varia compareant obsecula, quo minus eruditio huic certaminis, ut TVAE dexteritatis oculatus tefsis, interesse possum; quo minus praelens TIBI meam lactitiam, mean gratulationem declarans amoris offere TIBI operiam. Temporis etiam si ira ferat ratio; atiens tamen tam impense laetabor, ac si oculis hisce TVAS conficerem laudes. Iunc autem laetitia per mirum quantum efflorescat, quando manibus TE meis amplecti, TVAMque faciem suauiter deosculari obtigerit. Nil proinde reliquum est, quam ut votis, TVAM salutem ac prosperitatem concernentibus, banece epistolam obfigiem. Disputabis de Vrim et Thummim, sive de modo iustius reuelationis, quem Deus summō Pontifici, stante adhuc Republica Israëlitica, et Theocracia in ista pollente, largitus est. Appreco exinde, ut Numen sacratissimum TIBI sit maneatque perpetuo Vrim et Thummim, summa lux, summa perfectio. Sit TIBI vid; sit TIBI veritas; sit TIBI vita; sit TIBI summum

summum bonum: omnia in omnibus. Hoc est precium, quas TIBI fundo, argumentum. Manant ex limpidissimo fonte ex amoris, quem TIBI consecro, scaturigine. Prosequere me IVO vel in posterum adfici. Sic nostra amicitia, amoris vinculo copulata, nunquam dissoletur. Nam amor amoris naturale est incitamentum et alimentum. Vale proinde, iterum iterumque vale, ubique in perpetuum faue. Dabam Ascaniae: d. i Ian. MDCLIII.

Noch einmal ruf ich Dich. O Muse, nimm die Saiten,
Und weih der Freundschaft noch dein Spiel!
Verdient Anacreon allein nur Ewigkeiten?
Mein! mehr verdient sie dies Gefühl.

Dich küss ich, edles Thal, wo in beglückten Stunden
Voll Ruh und himmlischsanfter Lust
Mein Herz nach Freunden rief, Ich habe sie gefunden,
Und segne sie in meiner Brust.

Seid ewig jedem schön, ihr Tage meiner Freude,
Die ihr mir meine Freunde gäbt.
Scheint jedem Freunde schön und schwärzt eich nur dem Neide
Der dies Vergnügen untergräbt.

Die Muse winkt! Wer ist dort in dem frohen Kreise
Der Jüngling den der Vorbeer schmückt?
Die Wissenschaften selbst erwehlt ihn zum Preise
Für den, der ihre Stadt beglückt.

Du bist es, edler Freund! Dir singt mein Lied entgegen,
Der selbst der Wahrheit Reich erbaut.
Frolockend gibt sie selbst die Wahrheit Dir den Seegen,
Der Du Dein Leben anvertraut.

Unsterblich, wie Dein Geist, und schön wie Sarons Blume
Blüh Dir dies Glück, das sie Dir bringt.
Ein viel erhabner Lied weih ich dann Deinem Ruhme,
Wenn es dies hohe Glück besingt.

Johann August Schüler.

der G. G. Best.

F 2

Höhe

Hδεπεῖς Μόστας ἐκαγηθελέτης προσέειπε
Κύνθιος, αἵμυντιν ἐπέων μου κέπλυτε κοῦραι
Ζηνὸς ἐργάδουπου, κορυφῇ Ἐλικῶνος ἀνίστω,
Σπένσατε, αἰτλανέσστι τε ἡχεστιν ὅπα λούσαι
Ἐν μαλακῷ λευκῷ, καὶ ἐνθαλάσσῃ ἀνὰ κῆπον
"Αὐθεα ἐντερεπτή συλλέξατε ἐν σεφάνοισι.
"Εἰς ὑπερηφέων νέος, οἱ κροτίσθιοις περιθήσω
Στέμμα. Βελεστιχαρεὺς Φοῖβον δίουσταὶ ἐφεγμῆς
"Οιχόνται, ζητῶσι τε καὶ νοσοῦν τὸν ξερούσιον
Τηλόθεν ὀπήμενος δέ, Λίνι σεφάνωμα διδόνη
Δηποίδης, κραδίαν μέγα ἐνφρεστύνησιν λανθηνόν,
"Ηδα γάρ ἐμμενέων φίλα TEMMIE ἔξιος αὐτοῦ.

Nobilissimo et doctissimo huius Dissertationis

auctori, Amicorum optimo, accinuit hinc

IOANN. LUDOV. SCHVLZE.

Hal. Theol. C. Opp.


DOCTISSIMO HVIVS DISSERTATIONIS AVCTORI
AMICO EX PAVCIS DILECTISSIMO

S. P. D.

I. A. NOESSELT.
OPPONENS.

Si quid esset hisce in lineolis virium, eam, quam tum ex singularibus amicitiae Tuae erga me specimenibus, tum ex Tua in dies crescente eruditione atque mira, ingenii solertia, cuius factum hic exhibet præstantissimum, percipio voluptatem, exquisitissimis de pingendi coloribus; meum fortasse erga Te animum plenius Tibi forent declaratura, quam nunc, cum ista vi eas destitutas sentiam. Quae enim voluptas cum enunciari minus queat quam sentiri, haec profecto litterae ad eam Tibi exactius delineandam aegre posse sufficerem putauerim; in primis cum meum, quem semper erga Te propensissimum deprehendisti, animum, Tibi magis esse perspectum arbitrer, quam quod clariori possem eum hisce illustrare lumine. Quid est igitur, quod magis hoc in negotio a Te mibi restaret experendum, quam ut Tuam, qua me hucusque prosecutus fuisti, amicitiam, quamque omni tempore non sine dulcissimo animi mei affectu exsculatus sum, nunquam mibi denegare velis, nec vlo modo ea me carere sinas voluptate, quam ex ea hucusque largiter in me redundare memini. Vale, mihi que faue. Dabam Hala die 1. Ianuarii MD CCLIII.


* * * *



7d 2287

X 2284284

VL



DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM
 QVA
V A R I A E
 DE
VRIM ET THVM MIM
PONDERANTVR SENTENTIAE
VERAQVE AD DVCTVM
EXODI XXVIII, 30.
SISTITVR
CONSENTIENTE
AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
P R A E S I D E
VIRO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO DOCTISSIMO QVE
D O M I N O
IOANNE FRIDERICO STIEBRITZIO
PHILOSOPHIAE, OECONOMIAE, POLITICAET CAMERALIVM
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO
PRAECEPTORE PATRONO FILIALI PIETATIS
CVLTV SEMPER PROSEQVENDO
 D. XI. JANVAR. MDCCCLIII.
 PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTET
 AVCTOR DEFENSVRVS
IOANNES FRIDERICVS TEMME
 ASCANIA - HALBERSTADIENSIS
 DIV. LITTER. CVLTOR.

 HALAE MAGDEBURGICAE
 TYPIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

(6)

